

populo, oratio ex more colligitur, et a diacono protinus exclamatur .

*Ite, missa est.*

Missa autem proprie tempore sacrificii est quando caticumini foras mittuntur, clamante levita : Si quis remansit caticuminus, exeat foras; et inde missa, quia sacramentis altaris interesse non possunt qui

nondum regenerati noscuntur. Quibus cœlestibus ac super omnia salutaribus sacramentis, ut nos qui jam Dei gratia ex aqua et Spiritu sancto sumus renati digne interesse possimus, ipse qui hæc in suam commemorationem celebrari præcepit, præstare dignetur, cui est cum Patre in unitate Spiritus sancti gloria et honor, virtus et potestas in sæcula sæculorum. Amen.

# PIPPINI ET CAROLOMANNI

FRANCORUM REGUM

## DIPLOMATA

NECNON QUORUMDAM INTER ILLUSTRIORES FRANCO ET GERMANOS  
SÆCULI VIII MONUMENTA SELECTA.

I.

CAROLOMANNI PRINCIPIS

CAPITULARE AN. 742.

(Pertz, Monumenta Germaniæ, etc.)

Codices quorum ope constitutionem hanc recognovimus, hi sunt:

1. C. bibl. Vaticanæ Palatinus n. 577, sæc. viii exeuntis vel noni ineuntis; unde et Holstenius pridem ediderat.

2. C. bibl. regię Monacensis olim Moguntinus, a cl. Würdtwein in edendis sancti Bonifacii epistolis adhibitus, sæculi ix, cujus loca aliquot a V. cl. Pöf-ringer iterum collata sunt.

3. C. bibl. imperialis Vindobonensis inter Theologicos n. 259 insignitus, sæculi ix, quo et Serrarius in editione sua usus est.

4. C. bibl. aulicę Carlsruhanę membr. sæculi x, a. V. cl. F. Molter bibliothecę illius præfecto collatus.

5. C. bibl. regię Monacensis olim Frisingensis, signatus C. F. 25, sæculi x, a Boehmero nostro cum editis collatus.

6. C. divi Marci Venetiis, chartaceus, sæc. xv, quem æque ac codices 1 et 3, ipsemet cum editis contuli.

Codices isti antiquissimi cum unanimi inter se consensu ab editionibus discrepent, has adhibito Benedicti textu corruptas fuisse existimaverim. Caput distinctionem, codicibus incognitam, qualem Baluzius a Sirmondo acceperat, retinendam duxi.

In nomine domini nostri Iesu Christi. Ego Carlmannus, dux et princeps Francorum, anno ab incarnatione Christi septingentesimo 42<sup>o</sup>, 11 Kalendas Maias, cum consilio servorum Dei et optimatum meorum, episcopos qui in regno meo sunt cum presbiteris, et concilium et synodum pro timore Christi congregavi, id est Bonifatium archiepiscopum, et <sup>a</sup> Burghardum, et <sup>b</sup> Regenfridum, et <sup>c</sup> Hwitatum, et <sup>d</sup> Vuillabaldum, et Dodanum, et <sup>e</sup> Eddanum, cum presbiteris eorum, ut mihi consilium dedissent, quo-

<sup>a</sup> Wirtzburgensem.

<sup>b</sup> Coloniensem.

<sup>c</sup> Buraburgensem.

modo lex Dei et ecclesiastica relegio recuperetur, quæ in diebus præteritorum principum dissipata corrui, et qualiter populus christianus ad salutem animæ pervenire possit, et per falsos sacerdotes deceptus non pereat; et per consilium sacerdotum et optimatum meorum ordinavimus per civitates episcopos, et constituimus super eos archiepiscopum Bonifatium, qui est missus sancti Petri. Statuimus per annos singulos synodum congregare, ut nobis præsentibus canonum decreta et ecclesiæ iura restaurentur, et relegio christiana emendetur. Et fraudatas pecunias ecclesiarum ecclesiis restituimus et reddidimus. Falsos presbiteros et adulteros vel fornicatores diaconos et clericos de pecuniis ecclesiarum abstulimus et degradavimus, et ad poenitentiam coegimus.

2. Servi Dei per omnia omnibus armaturam portare vel pugnare, aut in exercitum et in hostem pergere, omnino prohibuimus, nisi illi tantummodo qui propter divinum mysterium, missarum scilicet solemnium adimplenda, et sanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi sunt. Id est, unum vel duos episcopos cum capellanis præsbiteris princeps secum habeat, et unusquisque præfectus unum presbiterum, qui hominibus peccata confitentibus iudicare et indicare poenitentiam possint. Necnon et illas venationes et silvaticas vagationes cum canibus omnibus servis Dei interdiximus. Similiter ut acceptores et walcones non habeant.

3. Decrevimus quoque iuxta sanctorum canones, ut unusquisque presbiter in parrochia habitans episcopo subiectus sit illi in cuius parrochia habitat; et semper in quadragesima rationem et ordinem ministerii sui, sive de baptismo, sive de fide catholica, sive de precibus et ordine missarum, episcopo reddat

<sup>d</sup> Eichstetensem.

<sup>e</sup> Argentoratensem.

et ostendat. Et quandocumque iure canonico episcopus circumcat parochiam populos ad confirmandos, presbiter semper paratus sit ad suscipiendum episcopum, cum collectione et adiutorio populi qui ibi confirmari debet. Et in cena Domini semper novum crisma ab episcopo quaerat, ut episcopum testis adsistat castitatis, et vitae et fidei et doctrinae illius.

4. Statuimus ut secundum canonicam cautellam, omnes undecumque supervenientes ignotos episcopos vel presbiteros, ante probationem synodalem in ecclesiasticum ministerium non admitteremus.

5. Decrevimus ut secundum canones unusquisque episcopus in sua parochia sollicitudinem adhibeat, adjuvante gravione qui defensor ecclesiae est, ut populus Dei paganus non faciat, sed ut omnes spurcitas gentilitatis abiciat et respuat; sive sacrificia mortuorum, sive sortilegos vel divinos, sive filacteria et auguria, sive incantationes, sive hostias immolationes, quas stulti homines iuxta ecclesias ritu pagano faciunt, sub nomine sanctorum martyrum vel confessorum, Deum et suos sanctos ad iracundiam provocantes; sive illos sacrilegos ignes, quos nied fyr vocant, sive omnes, quaecumque sint, paganorum observationes diligenter prohibeant.

6. Statuimus similiter, ut post hanc synodum, quæ fuit in Kalendas Maias, ut quisquis servorum Dei vel ancillarum Christi in crimen fornicationis lapsus fuerit, quod in carcere poenitentiam faciat in pane et aqua. Et si ordinatus presbiter fuisset, duos annos in carcere permaneat, et antea flagellatus et scorticatus videatur, et post episcopus adaugeat. Si autem clericus vel monachus in hoc peccatum ceciderit, post tertiam verberationem in carcerem missus, vertentem annum ibi poenitentiam agat. Similiter et nonnae velatae eadem poenitentia conteneantur, et radantur omnes capilli capitis eius.

7. Decrevimus quoque, ut presbiteri vel diaconi non sagis, laicorum more, sed casulis utantur, ritu servorum Dei. Et nullus in sua domu mulierem habitare permittat. Et ut monachi et ancillae Dei monasteriales iuxta regulam sancti Benedicti ordinare et vivere, vitam propriam gubernare studeant.

## II.

### CAROLOMANNI PRINCIPIS

#### CAPITULARE LIFTINENSE AN. 743.

Capitulare hoc in codicibus 1. Palatino, n. 577, fol 5; 2. Moguntino jam Monacensi; 3. Vindobonensi; 4. Carlsruhano, et 6. divi Marci Veneto post Capitulare anni 742 proxime sequitur. Inscriptur in codd. 1, 3, 4: *De alio synodali conventu*. Goldastus textum auxilio codicis Moguntini emendatum dederat. Capitulum distinctionem Baluzianam servavi.

1. Modo autem in hoc synodali conventu, qui congregatus est ad Kalendas Martias in loco qui dicitur Liftinas, omnes venerabiles sacerdotes Dei et comites et praefecti prioris synodus decreta consen-

\* Cf. Bened. 1, 2. — Goldastus utramque finem conjungit.

tientes firmaverunt, se implere velle et observare promiserunt. Et omnis ecclesiastici ordinis clerus, episcopi et presbyteri et diaconi cum clericis, suscipientes antiquorum patrum canones, promiserunt se velle ecclesiastica iura moribus et doctrinis et ministerio recuperare. Abbates et monachi receperunt regulam sancti Patris Benedicti ad restaurandam normam regularis vitae. Fornicatores et adulteros clericos, qui sancta loca vel monasteria ante tenentes coinquinaverunt, praecipimus inde tollere et ad poenitentiam redigere. Et si post hanc definitionem in crimen fornicationis vel adulterii ceciderunt, prioris synodus iudicium sustineant. Similiter et monachi et nonnae.

2. Statuimus quoque cum consilio servorum Dei et populi christiani, propter imminentia bella et persecutiones ceterarum gentium quae in circuitu nostro sunt, ut sub precario et censu aliquam partem ecclesiasticae pecuniae in adiutorium exercitus nostri cum indulgentia Dei aliquanto tempore retineamus, ea conditione, ut annis singulis de unaquaque casata solidus, id est duodecim denarii, ad ecclesiam vel ad monasterium reddatur; eo modo, ut si moriatur ille cui pecunia commodata fuit, ecclesia cum propria pecunia revestita sit. Et iterum, si necessitas cogat ut princeps iubeat, precarium renovetur et rescribitur novum. Et omnino observetur, ut ecclesia vel monasteria penuriam et paupertatem non patiantur, quorum pecunia in precario praestita sit. Sed si paupertas cogat, ecclesiae et domui Dei reddatur integra possessio.

3. Similiter praecipimus, ut iuxta decreta canonum, adulteria et incesta matrimonia, quae non sint legitima, prohibeantur et emendentur episcoporum iudicio; et ut mancipia christiana paganus non tradantur.

4. Decrevimus quoque, quod et pater meus ante praecipiebat, ut qui paganas observationes in aliqua re fecerit, multetur et damnetur quindecim solidis.

## III.

### PIPPINI PRINCIPIS

#### CAPITULARE SUESSIONENSE AN. 744.

Constitutionem hanc pridem a Sirmondo ope codicum Bellovacensis, Flandrici et Met-nsis editam, et a Baluzio auctoritate Metensis correctam, auxilio codicum, 1. Vaticani n. 3827, olim sancti Petri Bellovacensis, saec. xi; 2. regii Parisiensis inter Suppl. Latina n. 75, saec. x, cui Melensem consentisse patet, recognovimus.

In Dei nomine Trinitatis. Anno septingentesimo quadragesimo quarto ab incarnatione Christi sub die 5 Nonas Martii et luna 14, in anno secundo Chilgerici regis Francorum, ego Pippinus, dux et princeps Francorum. Dum plures non habetur incognitum, qualiter nos in Dei nomine, una cum consensu episcoporum, sive sacerdotum vel servorum Dei consilio, seu comitibus et obtimatibus Francorum, colloqui apud Suessionis civitas synodum vel concilio

facere decrevimus : quod ita in Dei nomine et fe- **A** Adlaberto per parrochia plantaverat, omnes igne  
cimus.

In primitus constituimus fide catholica, quam  
constituerunt 318 episcopi in Nicaeno concilio, ut  
denuntiaretur per universa regione nostra, et iudi-  
cias canonicas aliorum sanctorum, quae constitue-  
runt in syuodis suis; quomodo lex Dei et ecclesiastica  
regula recuperetur, quae in diebus priorum princi-  
pum dissipatu corrui.

2. Propterea nos una cum consensu episcoporum,  
sive sacerdotum seu servorum Dei et optimatum  
meorum consilio decrevimus, ut annis singulis sy-  
nodo renovare debeamus, ut qualiter populus chris-  
tianus ad salutem animarum pervenire possit, et ut  
haeresis amplius in populo non resurgat, sicut inve-  
nimus in Adlaberto haeresim, quem publiciter una **B**  
voce condemnaverunt 23 episcopi; et alii multi sa-  
cerdotis, cum consensu principis et populi, ita con-  
demnaverunt ipsum Adlabertum, ut amplius populus  
per falsos sacerdotes deceptus non pereat.

3. Idcirco constituimus per consilio sacerdotum et  
optimatum meorum, et ordinavimus per civitates legi-  
timos episcopos; idcirco constituimus super eos archi-  
episcopus <sup>a</sup> Abel et <sup>b</sup> Ardobertum, ut ad ipsius vel  
iudicia eorum de omne necessitate ecclesiastica re-  
currant tam episcopi quam alius populus. Ut ordo  
monachorum vel ancillarum Dei secundum regula  
sancta stabiles permaneant; et de rebus ecclesiasti-  
cis subtraditis nonachi vel ancillas Dei consolentur,  
usque ad illorum necessitati satisfaciant; et quod  
superaverit, census levetur. Et abbati legitimi ostem **C**  
non faciant, nisi tantum hominis eorum transmittant.  
Et omnes clerici fornicationem non faciant, et  
abitu laicorum non portant, nec apud canis venationes  
non faciant, nec acceptores non portant.

4. Similiter decrevimus, ut laici homines legitimi  
vivant, et diversis fornicationis non faciant, et per-  
iurias in ecclesia non consentiant, et falsi testimoniis  
non dicant, et ecclesiam Dei in omni necessitate con-  
servent. Et unusquisque presbyter qui in parrochia  
est, episcopo obediens et subiectus sit, et semper in  
coena Domini rationem et ordinem ministerii sui  
episcopo reddat, et crisma et oleo petat. Et quando  
iure canonico episcopus circumeat parrochia ad con-  
firmandum populum episcopi sive abbati sive pres-  
byteri parata sint ad suscipiendum episcopo in adiu-  
torium necessitatis. **D**

5. Et statuemus, ut supervenientes episcopus vel  
presbyteris de aliis regionibus non suscipiantur in  
ministerio ecclesiae, nisi prius fuerint probati ab  
episcopo cuius parrochia est.

6. Et omnino decrevimus, ut unusquisque episco-  
pus in sua parrochia sollicitudinem habeat, ut pop-  
ulus christianus paganus non fiant. Et per omnes  
civitalis legitimus forus et mensuras faciat, secun-  
dum habundantia temporis.

7. Similiter constituemus, ut illas cruciculas quas

<sup>a</sup> Rhemensem.

Adlaberto per parrochia plantaverat, omnes igne  
consumantur.

8. Similiter diximus, ut neque clericus mulierem  
habeat in domo sua, qui cum illo habitet, nisi ma-  
trem, aut sororem, vel nepta sua.

9. Similiter constituemus, ut nullus laicus homo  
Deo sacrata femina ad mulierem non habeat, nec  
suam parentem; nec marito viventem sua mulier  
alius non accipiat, nec mulier vivente suo viro alium  
accipiat; quia maritus muliere sua non debet dimit-  
tere, excepto causa fornicationis deprehensa.

10. Si quis contra hanc decretam, quam 23 ep-  
scopi cum aliis sacerdotibus vel servis Dei, una cum  
conseusu principem Pippino vel obtimatibus Franco-  
rum consilio constituerunt, transgredire vel legem  
irrumperere voluerint, vel dispexerint, iudicatus sit  
ab ipso principe, vel episcopis seu comitibus, com-  
ponat secundum quod in lege scriptum est, unus-  
quisque iuxta ordine suo. Et si haec omnia obser-  
vavimus, quod superius scriptum est, Christi mi-  
sericordia invenire aptemus in secula seculorum.  
Amen.

† Signum inluster vir Pippino, maiorum domus.

† Signum Radobodo.

† Signum Arilberto.

† Signum Helmigaudo.

#### IV.

#### PIPPINI REGIS

#### CAPITULARE VERMERIENSE AN. 753.

**C** Textum constitutionis a Sirmondo et Baluzio ex  
codice sancti Vincentii Metensis editæ, atque a Sir-  
mondo secundum Reginonem conventui Vermeriensi  
vindicate, auxilio codicis 1 regii Parisiensis inter  
Supplementa Latina n. 75 insignis, sæculi x, reco-  
gnovimus. Exstat V. cl. Pforinger indicante et 2 in  
codice Ansegisi regio Monacensi olim Augustano.  
Conventum Vermeriensem anno 753, nec ut Sirmon-  
dus et Baluzius scripserunt anteriori, quo Suessionibus  
Pippinum regem factum esse constat, celebra-  
tum fuisse, chartis Pippini an. 753 mense Martio  
Vermeriæ datis probari videtur.

1. In tertio genuclum separantur, et post poeniten-  
tiam actam, si ita voluerint, licentiam habent aliis  
se coniungere. In quarta autem coniunctione si in-  
venti fuerint, eos non separamus, sed poenitentiam  
eis indicamus. Attamen si factum non fuerit, nul-  
lam facultatem coniungendi in quarta generatione  
damus. **D**

2. Si aliquis cum filiastra sua manet, nec matrem  
nec filiam ipsius potest habere, nec ille nec illa aliis  
se poterunt coniungere ullo unquam tempore. Atta-  
men uxor eius, si ita voluerit, si se continere non  
potest, si postea quam cognovit quod cum filia sua  
vir eius fuit in adulterio, carnale commercium cum  
eo non habet, nisi voluntate se abstinet, potest alio  
nubere.

3. Si quis presbyter neptam suam uxorem habue-  
rit, ipsam dimittat, et gradum perdat. Si alius eam  
acceperit, et ipsam a se reiciat. Si se continere non

<sup>b</sup> Senouensem.

potest, aliam accipiat; quia reprehensibile est, ut relictam sacerdotis alius homo habeat.

4. Ut quolibet modo femina velum acceperit, in hoc permaneat, nisi se invitam aut reclamantem velaverit aliquis. Tamen praedicandum est, ut cum velo suo permaneat, si voluerit. Quod si presbyter eam invitam reclamantemque velaverit, gradum suum pro hac causa perdat. Quod si contigerit, ut mulier sine convenientia viri sui se velare praesumat, in potestate viri eius erit, aut in hoc permaneat, aut non.

5. Si qua mulier mortem viri sui cum aliis hominibus consiliavit, et ipse vir ipsius hominem se defendendo occiderit, et hoc probare potest, ille vir potest ipsam uxorem dimittere, et si voluerit, aliam accipiat. [Ipsa autem insidiatrix, poenitentia subacta, absque spe coniugii maneat.]

6. Si quis ingenuus homo ancillam uxorem acceperit pro ingenua, si ipsa femina postea fuerit inserta, [si eam a servitute redimere potest, faciat]; si redimi non potest, si ita voluerit, liceat ei aliam accipere. Similiter et mulier ingenua, si servum accipiat pro ingenuo, et postea pro qualicumque causa inservitus fuerit, nisi pro inopia fame cogente se vendiderit, et ipsa hoc consenserit, et de praecio viri sui a fame liberata fuerit, si voluerit potest eum dimittere, et si se continere non potest, alium ducere. Similiter et de muliere, si se vendiderit, et vir eius ita consenserit, taliter potest stare, si se separaverint. Poenitentia tamen amborum necessaria est. Nam qui de pretio paris sui de tali necessitate liberatus fuerit, in tali coniugio debent permanere, et non separari.

7. Si servus suam ancillam concubinam habuerit, si ita placet, potest illa dimissa comparem suam, ancillam domini sui, accipere; sed melius est suam ancillam tenere.

8. Si quis servus, libertate a domino suo accepta, postea cum ancilla eius adulterium perpetraverit, si dominus eius vult, velit nolit ipsam ad uxorem habeat. Quod si ipsam dimiserit et aliam duxerit, cogatur omnino, ut posteriorem dimittat, et ipsam cum qua prius adulterium fecit, recipiat, aut illa vivente nullam aliam habeat.

9. Si quis necessitate inevitabili cogente in alium ducatum seu provinciam fugerit, aut seniore suum, cui fidem mentiri non poterit, secutus fuerit; et uxor eius, cum valet et potest, amore parentum aut rebus suis, eum sequi noluerit, ipsa omni tempore, quamdiu vir eius, quem secuta non fuit, vivet, semper inupta permaneat. Nam ille vir eius, qui necessitate cogente in alium locum fugit, [si nunquam in suam patriam se reversurum sperat], si se abstinere non

\* Baluzius Reginonem alia quoque capitula synodi Vermoriensis laudare animadvertit; ea reperies in capit. Compendiensi (*Infra*, col. 1513), cap. 11, 13, 15, 17, 18, 21, 22, praeter hæc Reginonis lib. 11, cap. 233: « Si homo liber patrem aut matrem, fratrem vel avunculum occiderit, hereditatem propriam

potest, aliam uxorem cum poenitentia potest accipere.

10. Si filius cum noverca sua, uxore patris sui, dormierit, nec ille nec illa possunt ad coniugium pervenire. Sed ille vir, si vult, potest aliam uxorem habere; sed melius est abstinere.

11. Si quis cum filiastra sua dormierit, simili sententia stare potest; et cum sorore uxoris suae simili modo stare potest.

12. Qui dormierit cum duobus sororibus, et una ex illis antea uxor fuerit, nullam ex illis habeat; nec illa adultera soror, nec ille vir qui cum illa adulteravit, alios umquam accipiant.

13. Qui scit uxorem suam ancillam esse, et accepit eam voluntarie, semper postea permaneat cum ea.

14. Ut ab episcopis ambulantiis per patrias ordinatio presbiterorum non fiat. Si autem boni sunt illi presbiteri, iterum consecrentur.

15. Presbiter degradatus, certa necessitate cogente, pro periculo mortis, si alius non adest, potest infirmum baptizare.

16. Ut arma clerici non portent.

17. Si qua mulier se reclamaverit, quod vir suus nunquam cum ea mansisset, exeant inde ad crucem; et si verum fuerit, separentur, et illa faciat quod vult.

18. Qui cum consobrina uxoris suae manet, sua crearet, et nullam aliam habeat. Illa mulier quam habuit, faciat quod vult. Hoc ecclesia non recipit.

19. Si servus aut ancilla per venditionis causam separati fuerint, praedicandi sunt ut sic maneat, si eos reungere non possumus.

20. Ut ille cartellarius qui cum ancilla manserit, cum eam, iuxta legem libertate a domino suo accepta, dimiserit aliam accipiens, posteriorem dimittat.

21. Qui uxorem suam dimiserit velare, aliam non accipiat.

## V.

### PIPPINI REGIS.

#### CAPITULARE VERNENSE DUPLEX AN. 755.

Constitutiones Vernensis conventus auxilio codicum. 1. Bibl. Vaticanæ Palatini n. 577, sæc. viii exeuntis vel ix ineuntis, fol. 71 sqq.; 2. Vaticani n. 3827, sæc. xi, olim sancti Petri Bellovacensis, fol. 1, 2; 3. Regii Parisiensis inter Supplementa Latina n. 75, sæc. x, recognovimus, cum Sirmondus eas ope codicis ejusdem Bellovacensis et sancti Vincentii Metensis edidisset. Editio optimo quidem jure præcipue codici Palatino innisa, eo præcipue ab anterioribus discedit, quod et textum restitutum exhibeat, et capitulare anterioribus capitibus duodecim absolvat; posterius in capp. codicis Bellovacensis 13-25 et in Parisiensi (quocum Metensis congruit) asservatur.

#### INCIPIIT SYNODUS Verno PALATIO FACTA.

Sufficerant quidem priscorum patrum regulæ san-

amittat. Item de incestis: « Episcopi incestuosos investigare studeant. Et si poenitere noluerint, de ecclesia expellantur, donec ad poenitentiam revertantur. Quod si obedire sacerdotibus noluerint, oportet eos per sæcularem disciplinam coerceri. »

ctae ecclesiae catholicae rectissimae normae ad mortaliū correctionem prolatae, si earum sanctissima iura perseverassent inlaesa. Sed quia emergentibus causis quibusdam non congruis, temporaque inquieta supervenientes, contigit nonnulla ex hac re negligentia faciente fuisse intermissa, ideoque gloriosissimus atque relictus inluster vir, Francorum rex Pippinus, universos paene Galliarum episcopos adgregari fecit ad concilium Vernus palatio publico, recuperare aliquantisper cupiens instituta canonica. Et quia facultas modo non subpetit ad integrum, tamen aliqua ex parte vult esse correctum quod ecclesiae Dei valde cognoscit esse contrarium. Et si tempora serena spatiaque tranquilla divinitus fuerint ei conlata, cupit ad plenum secundum sanctorum canones, plenius opitulante divina gratia, melius, perfectius, integraeque inantea conservare. Et cum ita factum fuerit, cessent, haec quae necessitate cogente ex sacris canonibus remissius sunt excerpta, maneatque praefata iura canonica firmissima integra atque intemerata. Tamen interim quod melius possumus, haec inconvulsa atque inviolata esse cupimus. Ipsarum enim rerum, quae pro nostra aemendatione communae sunt prolatae, per distincta capitula subter tenentur inserta. Dat. 2<sup>o</sup>. Idus Iulii, anno quarto regnante domino nostro Pippino gloriosissimo rege.

1. Capitulo. Ut episcopi debeant per singulas civitates esse.

2. Episcopus quos in vicem metropolitanorum constituimus, ut ceteri episcopi ipsis in omnibus obediunt secundum canonicam institutionem, interim quod secundum canonicam constitutionem hoc plenius emendamus.

3. Ut unusquisque episcoporum potestatem habeat in sua parochia tam de clero quam de regularibus vel saecularibus, ad corrigendum et emendandum secundum ordinem canonicam spirituale, ut sic vivant, qualiter Deo placere possint.

4. Ut bis in anno synodus fiat. Prima synodus mense primo, quod est Martias Kalendas, ubi domino rex iusserit, eius praesentia. Secunda synodus Kalendas Octubris, aut ad Sessionis vel alibi ubi ad Martias Kalendas inter ipsos episcopos convenit. Et illi episcopi ibidem conveniant, quos modo vicem metropolitanorum constituimus. Et alii episcopi vel abbates seu presbyteri, quos ipsi metropolitani aput se venire iusserint, ibidem in ipsa secunda synodo convenire faciant.

5. Ut monasteria, tam virorum quam puellarum, saecundum ordinem regulariter vivant. Et si hoc facere contempserint, episcopus in cuius parochia esse videntur hoc emendare debeat. Quod si non potuerit, hoc quem metropolitanum constituimus innotescat, et ipse hoc emendare faciat. Quod si hoc nec ipse emendare potuerit, ad synodum publicam exinde veniant, et ibidem canonicam sententiam accipiat. Et si publicam synodum contempserit, aut honorem suum perdat, aut excommunicetur ab omnibus epi-

scopis, et talis in eius locum in ipso synodo constituitur, pro vero et voluntate domino rege vel consensu servorum Dei, qui secundum ordinem sanctam ipsam gregem regat.

6. Constituimus ut nulla abbatissa dua monasteria non praesumat habere, nec extra monasterium licentiam exire, nisi hostilitate cogente. Sed dominus rex dicit, quod velleit ut quando aliquas de ipsa abbatissas ipse dominus rex ad se iusserit venire, semel in anno et per consensu episcopi in cuius parochia est, ut tunc ad eum aliquas veniant, et sua iussione, si necessitas fuerit, et aliubi omnino non debeat nec per villas [nec per alia] loca demorare, nisi tantum cum celerius potuerit ad ambulandum et ad revertendum. Et ante non movetur de suo monasterio antequam suum missum ad dominum regem transternat. Et si iusserit rex venire, veniat. Sin autem, in monasterio permaneat, interim quod hoc plenius secundum canones emendamus. Similiter nec illas monachas extra monasterium exire non debeant. Quod si aliqua in aliquo lapsu ceciderit, infra monasterio per consilium episcopi penitentiam agat. Et si necesse est de eorum necessitate ad dominum regem vel ad synodum aliquid suggerere, eorum propositi vel missi hoc debeant facere. Et quale munera ad palatium dare voluerint, per missos suos hoc dirigant. Et si aliqua monasteria sunt qui eorum ordine propter paupertatem adimplere non potuerint, hoc ille episcopus de veritate praevideat, et hoc domino rege innotescat, ut in sua aelymosina hoc emendare faciat. Et si tales foeminae velatae ad praesens ibidem congregatae inveniuntur qui regulariter vivere non vellent, nec ad hoc dignae sunt ut cum illas alias habitent, episcopus vel abbatissa praevideant locum aptum, ubi separatim cum custodia in pulsatorio habitare debeant, vel opereare manibus quod ipsa abbatissa eis iusserit, interim quod prolatae, si dignae sunt, in congregatione recipiantur.

7. Ut publicum baptisterium in ulla parochia esse non debeat, nisi ibi ubi episcopus constituerit cuius parochia est. Nisi tantum si necessitas evenerit pro infirmitate, aut pro necessitate, illi presbyteri, quos episcopus in ipsa parochia constituerit, in quacumque loco evenerit, licentiam habeant baptizandi, ut omnino sine baptismo non moriantur.

8. De presbyteris. Ut omnes presbyteri qui in parochia sunt, sub potestate episcopi esse debeant de eorum ordine, et nullo presbyter non praesumat in illa parochia nec baptizare, nec missas caelebrare sine iussione episcopi in cuius parochia est. Et omnes presbyteri ad concilium episcopi conveniant. Et si hoc quod superius conpraehensum est facere contempserint, secundum canonicam institutionem iudicentur, tam ipsi quam defensores eorum.

9. De modis excommunicationis, tam de clericis quam laicis. Si quis presbyter ab episcopo suo degradatus fuerit, et ipse per contemptum postea aliquid de suo officio sine commatu facere praesumpserit. et postea ab episcopo correptus et excommunicatus

tuus fuerit, qui cum ipso communicaverit scienter, sciatis se esse excommunicatum. Similiter quicumque clericus vel laicus aut femina, incestum comiserit, et ab episcopo suo correptus se emendare noluerit, et ab ipso excommunicatus fuerit, qui cum ipso communicat similiter excommunicetur. Et ut sciatis, qualis sit modus istius excommunicationis, in ecclesia non debet intrare, nec cum nullo christiano cibum vel potum sumere; nec eius munera accipere debet, vel osculum porrigere, nec in oratione iungere, nec salutare, antequam ab episcopo suo sit reconciliatus. Quod si aliquis se reclamaverit quod iniuste sit excommunicatus, licentiam habeat ad metropolitanum episcopum venire, et ibidem secundum canonicam institutionem deiudicetur; et interim suam excommunicationem custodiat. Quod si aliquis ista omnia contempserit, et episcopus hoc minime emendare potuerit, regis iudicio exilio condemnetur.

10. Ut monachi qui veraciter regulariter vivunt, ad Romam vel aliubi vagandi non permittantur, nisi oboedientiam abbatis sui exerceant. Et si talis causa evenerit, quod absit, quod ille abbas remissus vel negligens inveniat aut in manus laicorum ipsum monasterium veniat, et hoc episcopus emendare non poterit, et aliqui tales monachi ibidem fuerint qui propter Deum de ipso monasterium in alterum migrare vellent propter eorum animas salvandas, hoc per consensum episcopi sui licentiam habeant, qualiter eorum animas possint salvare.

11. De illis hominibus qui se dicunt propter Deum quod se tonsorassint, et modo res eorum vel pecunia habent, et nec sub manu episcopi sunt, nec in monasterium regulare vivunt, placuit ut in monasterio sint sub ordine regulari, aut sub manu episcopi sub ordine canonica. Et si aliter fecerint, et correcti ab episcopo suo se emendare noluerint, excommunicentur. Et de ancillis Dei velatis eadem forma servetur.

12. In canone Calcedonense capitulo 20. De non suscipiendis alterius ecclesiae clericis et de susceptoribus eorum absque litteris commendaticiiis. Clericos in ecclesia militantes, sicut iam constitutum est, non licere in alterius civitatis ecclesia vel in potestate laicorum militari, sed ibidem permanere in qua principium ministrare meruit; extra eos qui, amissa patria, ad aliam ecclesiam pro necessitate venerunt. Qui vero episcoporum aut laicorum post hoc alteri ecclesiae clericum susciperit, nisi ad excusandum rationabiliter, placuit a communione suspendi, et eum qui suscipit, et qui susceptus est, quousque clericum qui translatus est, fecerit, ad suam reverti ecclesiam.

*Codd. 2 et 3 ita proseguuntur :*

13. De episcopis vacantibus, qui parrochias non habent, nec scimus ordinationem eorum qualiter fuit, placuit iuxta instituta sanctorum patrum, ut in alterius parrochia ministrare nec ulla ordinatione facere debeant non sine iussione episcopi cuius parrochia est. Et si hoc facere praesumpserit, ab officio

suspendatur interim quoad synodo exinde venerit, et ibidem secundum canonicam institutionem accipiat sententiam; nisi tantum pro itineris causa. Et si ullus clericus aut laicus talem episcopum defensaverit vel presbyterum sine comite episcopi cuius parrochia est, excommunicetur usque ad emendationem.

14. De die dominico quia persuasum est populis, de die dominico agi cum caballis sicut bobus et vehiculis itinera non debere, neque ullam rem ad victum praeparare, vel ad nitorem domus vel hominis pertinentem ullatenus exercere, quae res ad iudaicam superstitionem magis quam ad christianam observationem pertinere probatur, id statuimus, ut die dominico quod antea fieri licuit, liceat. De opera tamen rurale, arata, aut vinea sectionem, excussionem, exartum, vel sepe censuimus abstinenda, quo facilius ad ecclesiam venientes orationis gratia vacent. Quod si inventus fuerit quis in operibus suprascriptis quae interdicta sunt exercere, qualiter emendare debeat, non in laicorum districtione sed in sacerdotibus castigatione consistat.

15. Ut omnes homines laici publicas nuptias faciant, tam nobiles quam ignobiles.

16. Ex canone Calcedonense cap. 3. ut clerici conductores non sint, hoc est, ut non habeant actionis secularis, nisi pro causis ecclesiarum orphanorum vel viduarum, ordinante episcopo suo [vel abbate].

17. Ex canone Calcedonense cap. 25. ut post mortem episcopi non liceat episcopatum esse sine pastore super menses tres; nisi talis necessitas graviter evenerit, ut hoc nullo modo fieri non possit. Praecipue proximum synodum, cum evenerit, episcopus ordinetur.

18. Ut nullus clericus ad iudicia laicorum publica non conveniat sine iussione episcopi sui vel abbatis, iuxta canonis Cartaginensis, capitulo 8. ut illi scriptum est : « Qui relicto ecclesiastico iudicio publicis iudiciis se purgare voluerit, etiamsi pro illo prolata fuerit sententia, locum suum amittat. Hoc in criminali iudicio. In civili vero perdat quod evicit, si locum suum obtinere voluerit. Cui enim ad eligendos iudices unquam ecclesiae patet auctoritas, ipse se indignum fraterno consortio iudicat qui de universa ecclesia male sentiendo, de seculari iudicio postulat auxilium, cum privatorum christianorum causas apostolus ad ecclesiam differre atque ibidem terminare praecipiat. » Et maxime, ne in talibus causis inquietudine domino rege faciat.

19. De inmunitatibus, ut omnes inmunitates per universas ecclesias conservatae sint.

20. In alio synodo nobis perdonastis, ut illa monasteria ubi regulariter monachi aut monachas vixerant, ut hoc quod eis de illas res demittebatis unde vivere potuissent, ut exinde, si regalis erat, ad dominum regem fecisset rationis abbas vel abbatissas : et si episcopalis, ad illum episcopum. Similiter et de illos vicos.

21. Ut illos presbyteratus qui ad illum episcopum

tum legibus obtingunt, ut illi episcopi ipsos deberent habere, sicut antea in alio synodo dixistis.

22. De peregrinis qui propter Deum vadunt, ut ipsis teloneos non tollant; et de alios teloneos sicut vos perdonastis, ita fiat, ut ubi legitimo donati non fuerint, transeant.

23. Ut comites vel iudices ad eorum placitum primitus viduarum, orphanorum, vel ecclesiarum causas audiant vel definiant in elemosyna domno rege, et postea alias causas per iustitia rationabiliter iudicentur.

24. Ut per pecunias nullus ad gradum ecclesiasticum vel ad honorem accedere non debeat, quia haeresis simoniaca esse videtur.

25. Ut nullus episcopus nec abbas, nec laicus, propter iustitias faciendum sportolo contradicto non accipiat; quia ubi ipsa dona intercurrunt, iustitia evacuatur.

## VI.

## PIPPINI REGIS

## CAPITULARE COMPENDIENSE AN. 757.

Capitula hæc in codice, 1. regio Parisiensi inter Suppl. Latina n. 75 signato proxime post capitula Vermeriensia habentur, unde et capita ejus aliquot a Reginone inter Vermeriensia recensentur. Exstant et, 2. in codice regio Monacensi olim Augustano. Annum Sirmondus, primus ex codice Metensi editor, ex Einhardi Annalibus assignavit.

INCIPIT DECRETUM QUOD FACTUM FUIT AD COMPENDIUM PALATIUM PUBLICUM.

1. Si in quarta progenie reperti fuerint coniuncti, non separamus.

2. In tercia vero si reperti fuerint, separentur.

3. Et eos qui unus in quarta, alius in tercia sibi pertinent, et coniuncti inveniuntur, separamus.

4. Si duo in tercio loco sibi pertinent, sive vir, sive femina, aut unus in tercio et alter in quarto; uno mortuo, non licet alterum accipere uxorem eius. Et si inventi fuerint, separentur. Una lex est de viris et de feminis.

5. Mulier si sine comite viri sui velum in caput miserit, si viro placuerit, recipiat eam iterum ad coniugium.

6. Et si quis Francam filiastram suam contra voluntatem ipsius et matris et parentum dederit viro ingenuo, aut servo vel ecclesiastico, et illa noluerit habere ipsum, et reliquerit eum, potestatem habent parentes ipsius dare ei alium maritum. Et si ipsa alium habet, quem postea accepit, non separentur.

7. Si Francus homo acceperit mulierem, et sperat quod ingenua sit, et postea invenit quod non est ingenua, dimittat eam si vult, et accipiat aliam. Similiter et femina ingenua.

8. Si femina ingenua accepit servum, et sciebat tunc quod servus erat, habeat interim quo vivit. Una lex est de viris et feminis.

9. Homo Francus accepit beneficium de seniore

Capita tria priora conjunguntur in editis.

PATROL. XCVI.

A suo, et duxit secum suum vassallum, et postea fuit ibi mortuus ipse senior, et dimisit ibi ipsum beneficium; et post hoc accepit alius homo ipsum beneficium, et pro hoc ut melius potuisset habere illum vassallum, dedit ei mulierem de ipso beneficio, et habuit ipsam aliquo tempore; et dimissa illa, reversus est ad parentes senioris sui mortui, et accepit ibi uxorem, et modo habet eam. Diffinitum est, quod illam quam postea accepit, ipsam habeat.

10. Si quis, uxore accepta, invenit eam a fratre suo contaminatam, ipsam dimittens accepit aliam, ipsamque contaminatam invenit, uxor illius legitima est, propterea quia nec ipse virgo fuit illo tempore. Quod si tertiam postea acceperit, revertat ad medianam; et ipsa posterior potestatem habeat alio viro se coniungere.

11. Si quis homo habet mulierem legitimam, et frater eius adulteravit cum ea, ille frater vel illa femina qui adulterium perpetraverunt, interim quo vivunt numquam habeant coniugium. Ille cuius uxor fuit, si vult, potestatem habet accipere aliam.

12. Si quis baptizatus est a presbytero non baptizato, et sancta Trinitas in ipso baptismo invocata fuerit, baptizatus est, sicut Sergius papa dixit. Impositione tamen manuum episcopi indiget: [Georgius episcopus Romanus et Iohannes sacellarius sic senserunt.]

13. Si pater sponsam filii sui oppresserit, et postea filius ipsam acceperit, pater eius postea non habeat uxorem, et ipsa femina non habeat virum, quia non dixit quod pater eius cum ipsa mansisset; filius vero eius qui nesciens fecit, accipiat mulierem legitimam.

14. In qualicumque modo mulier velum sanctum acceperit sponte, in eo permaneat, nec dimittat. Consenserunt Georgius episcopus Romanus, Iohannes sacellarius.

15. Si quis filiastrum aut filiastram ante episcopum ad confirmationem tenuerit, separetur ab uxore sua, et alteram non accipiat. Similiter et femina alterum non accipiat. [Georgius consensit.]

16. Si quis vir mulierem suam dimiserit, et dedit comiteum pro religionis causa infra monasterium Deo servire, aut fora monasterium dederit licentiam velare, sicut diximus, propter Deum, vir illius accipiat mulierem legitimam. Similiter et mulier faciat. Georgius consensit.

17. Si quis cum matre et filia in adulterio mansit, nesciente matre quod cum filia sua mansisset, similiter et filia nescivit quod cum matre sua esset, postea ille vir si acceperit mulierem, dimittat, usque in diem mortis suae non habeat uxorem, et illa mulier quam reliquerit, accipiat virum; et illa mater et filia, cum quibus in adulterio mansit, ambabus nescientibus quod cum matre et filia mansisset, habeant viros. Nam si in notitiam illarum venerit hoc scelus, dimit-

tant maritos, et agant poenitentiam, et illorum mariti posteriores accipiant mulieres.

18. Similiter et de duabus sororibus, qui cum una in adulterio mansit, et alteram in publico accepit, non habeat mulierem usque in diem mortis. Et illae duae sorores, si nescierunt, habeant maritos. Et si in notitiam eis venit, superiorem formam servent.

19. Si vir leprosus mulierem habeat sanam, si vult ei donare commeatum ut accipiat virum, ipsa femina, si vult, accipiat. Similiter et vir.

20. Si quis vir accepit mulierem, et habuit ipsam aliquo tempore, et ipsa femina dicit quod non mansisset cum ea, et ille vir dicit quod sic fecit, in veritate viri consistat, quia caput est mulieris. De muliere quae dicit, quod vir suus ei commercium maritale non reddidit, Georgius consensit.

21. Si qui propter faldam fugiunt in aliam patriam, et dimittunt uxores suas, nec illi viri nec illae feminae accipiant coniugium. [Georgius consensit.]

22. De incestis. Si homo incestum commiserit de matre sua, aut cum matrina sua de fonte et confirmatione sua, aut cum matre et filia, aut cum duabus sororibus, aut cum fratris vel sororis filia, aut nepta, aut cum consobrina vel subrina, aut cum amita vel matertera, de his criminibus pecuniam suam perdat, si habet. Et si se emendare noluerit, nullus eum recipiat, nec cibum ei donet. Et si fecerit, 60 solidos domno regi componat, usque dum se ipse homo correxerit. Et si pecuniam non habet, si liber est, mittatur in carcerem usque ad satisfactionem. Si servus aut libertus est, vapuletur plagis multis. Et si dominus suus permiserit amplius in tale scelus cadere, ipse dominus regi 60 solidos componat.

23. De ecclesiasticis vero, si bona persona fuerit, perdat honorem suum. Minores vero vapulentur, et in carcerem mittantur.

24. De presbyteris et clericis sic ordinamus, ut archidiaconus episcopi eos ad sinodum commoneat una cum comite. Et si quis contempserit, comes eum dstringere faciat, et ipse presbyter aut defensor suus 40 solidos componat, et ad sinodum veniat. Et episcopus ipsum presbyterum aut clericum iuxta canonicam auctoritatem diiudicari faciat; solidos vero 40 componat. Et si aliquis per violentiam presbyterum, aut clericum, aut incestuosum contradixerit, tunc comes ipsam personam per fidei iudicium positum ante regem venire faciat una cum misso episcopi; et et dominus rex dstringat, ut ceteri emendentur.

## VII.

## CONVENTUS ATTINIACENSIS AN. 765.

In codice bibl. Vaticanae Palatino, n. 577 saec. viii exeuntis, fol. 6, nomina tantum episcoporum abbatumque exstant, qui conventui magno a Pippino At-

<sup>a</sup> Cod., in *difuculo*.

<sup>b</sup> Evreux.

<sup>c</sup> Laon.

<sup>d</sup> Soissons.

tiniaei habito interfuerant. Eddiderat ea ex schedis Holstenii Labbeus Concil. t. VI, p. 1702; nos ex codice unico iterum descripta sistimus.

Nomina episcoporum seu abbatum qui apud villam publicam Attiniacum pro causa relegionis ac salute animarum congregati, synodali conventu inter cetera salubriter sapienterque definita, hoc quoque communi cunctorum decreto statuerunt, ut unusquisque illorum quorum nomina <sup>a</sup> in hoc indiculo subter scripta reperiuntur, quando qualibet de hoc saeculo migraverit, centum psalteria et presbiteri eius speciales misas centum cantent. Ipse autem episcopus per se 30 misas impleat; nisi infirmitate aut aliquo impedimento prohibeatur. Tunc roget alterum episcopum pro se cantare; abbates vero qui non sunt episcopi, rogent episcopos ut vice illorum ipsas 30 misas expleant, et presbiteri eorum centum misas et monachi centum psalteria psallere meminerunt. Hrodegangus episcopus civitas Mettis. Eddo episcopus civitas Stradburgo. Lullo episcopus civitas Maguntiaci. Lupus episcopus civitas Senonis. Baldeberhtus episcopus civitas Basela. Uulfrannus episcopus civitas Meldis. Remedius vocatus episcopus civitas Rodoma. Maurinus episcopus civitas Eboracas <sup>b</sup>. Genbaudus episcopus civitas Laudumo <sup>c</sup>. Hildigangus episcopus civitas Suaseonis <sup>d</sup>. Athalfridus episcopus civitas Novionis <sup>e</sup>. Megingozus episcopus civitas Wirziaburgo. Willibarius episcopus de monasterio sancti Maurici. Folricus episcopus civitas Tungris. Theodulfus episcopus de monasterio Laubicis. Hiddo episcopus civitas Agustoduno. Yppolitus episcopus de monasterio Eogendi. Iacob episcopus de monasterio Gamundias. Gaucileuus episcopus civitas Celmanis <sup>f</sup>. Iohannes episcopus civitas Constantia. Willibaldus episcopus de monasterio Achistadi <sup>g</sup>. Madalfus episcopus civitas Wirdunias. Harifens episcopus civitas Bisentionis. Leodeningus episcopus civitas Baiogias <sup>h</sup>. Ensebius episcopus civitas Toronis. Tello episcopus civitas Goeradiddo. Mauriolus episcopus civitas Andecavis. † Fulradus abbas de monasterio sancti Dionisio. Lanfridus abbas de sancto Germano. Iohannis abbas de sancto Flodoaldo. Druhtgangus abbas de Gemedico. Withlecus abbas de Funtanellas. Witmarus abbas de Centula. Leodharius abbas de Corbeia. Manase abbas de Flaviniaco. Asinarius abbas de Novalicio. Waldo abbas de sancto Iohanne. Fabigaudus abbas de Busbrunno. Godobertus abbas de Rasbacia. Athalbertus abbas de Fabarias. Widradus abbas de sancta Columba. Ebarsindus abbas de Aldaha. Geraus abbas de Niviella. Ragingarius abbas de Utico.

## VIII.

## PIPPINI REGIS

## CAPITULARE INCERTI ANNI.

Capitula haec a Petro Pithaeo ex codice sancti Vincentii Metensis, ut videtur, primum vulgata, in-

<sup>e</sup> Noyon.

<sup>f</sup> Mans.

<sup>g</sup> Eichstadt.

<sup>h</sup> Bayeux.



deque a Goldasto, Lindenbrogio, Sirmondo et Baluzio repetita, ope codicis, 1. regii Parisiensis inter Supplementa Latina n. 75, sæc. x, recognovimus. 2. Capitibus 4-7 lectiones ejusdem codicis in capitulis synodo Vernensi perperam adjectis subjecimus. Tempus et locus constitutionis promulgatæ cum lateant, Goldastus et Baluzius, loco quo codex Pithœanus inventus est et Annalium Metensium ad an. 756 sententia quadam ducti, Metensem urbem et annum, alter 755, alter 756, assignaverunt; Sirmondus anno 753 ascripsit. Sed cum ne de conventu quidem aliquo Metis habito constet, res plane in incerto manet. Fortasse in conventu Attiniacensi capitula edita fuerunt.

INCIPIUNT CAPITULA DE ALIA SINODO SUB IPSO DOMNO REGE PIPPINO FACTA.

Capitulo primo. De incestis. Si homo incestum commiserit de istis causis, de Deo sacrata, aut comatre sua, aut cum matrina spiritali de fonte et confirmatione episcopi, aut cum matre et filia, aut duabus sororibus, aut cum fratris filia, aut sororis filia, aut nepta, aut cum consobrina aut subrina, aut cum amita vel matertera, de his criminibus pecuniam suam perdat, si habet; et si emendare se noluerit, nullus eum recipiat, nec cibum ei donet. Et si [hoc] fecerit, 60 solidos domno regi componat, usque dum se ipse homo correxerit. Et si pecuniam non habet, si liber est, mittatur in carcerem usque ad satisfactionem. Si servus aut libertus est, vapuletur plagis multis. Et si dominus suus permiserit eum [amplius] in tale scelus cadere, [ipsos] 60 solidos domno regi componat.

2. De ecclesiasticis vero qui supradicta facinora commiserint, si bona persona fuerit, perdat honorem suum; minores vero vapulentur, aut in carcerem recludantur.

3. De presbyteris et clericis sic ordinamus, ut archidiaconus episcopi eos ad synodum commoneat una cum comite. Et si quis contempserit, comes eum distringere faciat, ut ipse presbyter aut defensor suus 60 solidos componat, et ad synodum eat. Et episcopus ipsum presbyterum vel clericum iuxta canonicam auctoritatem diiudicari faciat. Solidi [vero] 60 de ipsa causa in sacellum regis veniant. Et si aliquis per violentiam presbyterum aut clericum aut incestuosum contradixerit, tunc comes ipsam personam per fideiussores positam ante regem faciat una cum misso episcopi venire; et dominus rex distringat, ut ceteri emendentur.

4. De theloneis vero sic ordinamus, ut nullus de victualia aut carralia, quod absque negotio est, theloneum praehendat. De saumis similiter, ubicumque vadunt, et peregrinos similiter constituimus qui propter Deum ad Romam vel alicubi vadunt,

*a* Hic Sirmondus eoque dux Baluzius capitula Benedicti lib. 1, cap. 13 et 14, inseruerunt, quæ cum in codice Parisiensi æque ac in editione Pithœana desint, in textu recipienda non erant. Quæ ibi de constitutione ad Vernum referuntur, in capitulari anni 755 frustra quæras. Sunt vero hæc: c. IV. Ut illi homines qui res ecclesiasticas per verbum domni regis tenent, sic ordinatum est, ut illas ecclesias unde sunt, vel illas domos episcopii vel monasterii cuius esse noscuntur, iuxta quod de ipsis rebus te-

ut ipsos per nullam occasionem ad pontes et ad exclusas aut navigio non teneatis, nec propter schirpam<sup>b</sup> suam ullo peregrino calumpniam faciatis, nec ullum theloneum eis tollatis. Et si aliquis hoc fecerit, qualiscumque homo hoc comprobaverit, de 60 solidis triginta illi concedimus, et illi alii in sacellum regis veniant.

5. De moneta constituimus, ut amplius non habeat in libra pensante nisi 22 solidos, et de ipsis 22 solidis monetarius accipiat solidum 1, et illos alios domino cuius sunt reddat.

6. Ut emunitates conservatæ sint.

7. De iusticia faciendâ, ut omnes iusticiam faciant, tam publici quam ecclesiastici. Et si aliquis homo ad palacium venerit pro causa sua, et antea ad illum comitem non innoverit in mallo ante rachemburgis, aut si causa sua ante comitem in mallo fuit ante rachemburgis, et hoc sustinere noluerit quod ipsi ei legitime iudicaverint; si pro ipsis causis ad palacium venerit, vapuletur. Et si maior persona fuerit, in regis arbitrio erit. Et si reclamaverit quod legem ei non iudicassent, tunc licenciam habeat ad palacium venire pro ipsa causa. Et si ipsis convincere potuerit quod legem ei non iudicassent, secundum legem contra ipsum emendare faciat. Et si comes vel rachemburgii eum convincere potuerint quod legem ei iudicassent, et ipse hoc recipere noluerit, hoc contra ipsos emendare faciat. Similiter de ecclesiasticis, si ad palacium venerint de eorum causa se reclamare super eorum seniore, vapuletur, nisi senior suus pro sua causa transmiserit.

#### ENCYCLICA DE LETANIIS FACIENDIS.

Litteras ex codice bibl. Vindobonensis catal. Theologiæ n. 259 membr. sæc. ix inter epistolas sancti Bonifacii publici juris factas, Goldastus anno 764 ascripsit, Baluzius servavit, et licet nullum evidens in eis ejus anni indicium exstet, circa id tempus tamen promulgatas esse facile credas, cum anni 764 hiems durissima et Waifarîi irruptiones in regnum Francorum præcipue an. 761 recte tribulationes dici potuerint. Hieme peracta famem secutam esse, ex annalibus Moissiacensibus qui eam an. 762 assignant, discimus; igitur constitutionem ad annum fortasse sequentem referendam esse conjicere liceat. Textum ad fidem codicis Vindobonensis restituimus.

Pippinus gratia Dei rex Francorum vir iuluster, domino sancto patri Lullo<sup>c</sup> episcopo. Cognitum scimus sanctitati vestrae, qualem pietatem et misericordiam Deus fecit præsentî anno in terra ista. Dedit tribulationem pro delictis nostris, post tribulationem autem magnam atque mirabilem consolationem sive habundantiam fructus terræ, quæ modo habemus. Et ab hoc atque pro alias causas nostras

sent, emendare debeant, et illos census vel illas decimas ac nonas ibidem dare pleniter debeant, sicut eis ad Vernum ordinavimus. Et qui hoc non fecerit, ipsas res perdat. — V. Ut hi qui illos vicos vel illas ecclesias tenent, illos census vel illam ceram quæ longo tempore ad illud episcopium reddiderunt, modo sic ordinavimus ut sic faciant. Et qui hoc non fecerit, sexaginta solidos persolvat.

<sup>b</sup> Id est, peram.

<sup>c</sup> Lul. episc. codex.

opus est nobis illi gratias agere, quia dignatus est A servis suis consolare per eius misericordiam. Sic nobis videtur, ut absque ieiunio indicto unusquisque episcopus in sua parrochia letanias faciat, non cum ieiunio, nisi tantum in laude Dei, qui talem nobis habundantiam dedit; et faciat unusquisque homo sua aelimosina, et pauperes pascat. Et sic praevidere faciatis et ordinare de verbo nostro, ut unusquisque homo, aut vellet aut nollet, suam decimam donet. Valet in Christo.

## IX.

## PIPPINI REGIS

## CAPITULARE AQUITANICUM AN. 768.

Prodit hic prima vice ex codice Vossiano sæc. IX, fol. 128. Ascribendum illud duxi ultimo Pippini anno. Ratione enim habita capitum 1, 3, 9, 10, 12, quæ ad Aquitaniam præcipue spectare videntur, et capitularis Caroli Magni, unde capita Pippini 4-7, 9, 12, apud Aquitanos vim legis obtinuisse constat, constitutionem istam nonnisi Waifario interfecto, cum Aquitania penitus subacta videretur, promulgatam fuisse, persuasum habeo.

INCIPIUNT CAPITULA QUAS BONE MEMORIAE GENITOR PIPPINUS SINODALITER, ET NOS AB HOMINIBUS CONSERVARE VOLUIMUS.

1. Ut illas ecclesias Dei qui deserti sunt, restaurentur tam episcopi quam abates, vel illi laici homines qui exinde beneficium habent.

2. Ut illi episcopi, abbates, abbatissas, sub ordine sancto vivant.

3. Ut quicquid episcopi, abbates vel abbatissas, vel reliqui sacerdotes, de rebus ecclesiarum ad eorum opus habent, quieto ordine possideant, sicut in nostra sinodo iam constitutum fuit; et si quis exinde postea aliquid abtraxit, sub integritate reddat.

4. Ut ad illos pauperes homines magis non tollant, nisi quantum legitime reddere debent.

5. Quicumque nostrum beneficium habet, bene ibi labore condingat; et qui hoc facere non vult, dimittat ipsum beneficium, et teneant suas res proprias.

6. Quicumque in itinere pergat, aut hostiliter vel ad placitum, nulla super suum pare praendat, nisi emere aut præcare potuerit, excepto herba aqua et ligna; si vero talis tempus fuerit, mansionem nullus vetet.

7. Quicumque homo super suum parem dum ad nos fuerit aliquid abstraxerit aut exfortiaverit, secundum suam legem tripliciter componat.

8. Si aliquis homo ante nos se reclamaverit, licentiam habeat ad nos venire, et nullus eum per fortia detineat.

9. De illis beneficiis unde intentio est, volumus ut ipsi eos habeant, quibus antea dedimus.

10. Ut omnes homines eorum legis habeant, tam Romani quam et Salici, et si de alia provincia advenerit, secundum legem ipsius patriae vivat.

11. Ut omnes laici et seculares qui res ecclesiae tenent, precarias inde accipiant.

<sup>a</sup> Bituricensi an. 767.

<sup>b</sup> Vermeria, vulgo *Verberie*, prope flumen Isaram,

12. Ut quicquid missi nostri cum illis senioribus patriae ad nostrum profectum vel sanctae ecclesiae melius consenserint, nullus contendere hoc praesumat.

*Explicit capitula Pippini condam [quondam].*

## X.

*Pippini regis placitum, quo Abaciacum villa pagi Cenomanici et Sibriaci portio in Matriacensi Dionysianis monachis vindicatur (anno 752).*

(Apud Mabill., de Re diplom., pag. 491.)

Pippinus rex Francorum vir iuluster. Cum nos in Dei nomine <sup>b</sup> Vermeria in palatio nostro una cum proceribus nostris vel fidelibus ad universorum causas audiendas vel recto iudicio terminandas residenemus; ibi veniens venerabilis vir Fulradus abbas de basilica peculiaris patroni nostri domni Dionysii, ubi ipse pretiosus dominus in corpore requiescit, hominem aliquem, nomine Gislemarum, interpellabat, repetens ab eo quamdam villam sancti Dionysii, quæ dicitur Abaciacus, in pago Cenomanico, seu et Oximensi, etiam et illam porcionem in Sibriaco in Matriacensi, quam femina aliqua, nomine Joba, genitrix ipsius Gisleuari, per suum testamentum ad casam præfatam sancti Dionysii de ipsa villa ante Chilpericum regem auctrix affuerat, ipsas res ipse Gislemarus malo ordine retinebat et injuste. Ipse vero Gislemarus in præsentem adstabat, unde nullatenus potuit denegare: sed in præsentem recognovit quod genitrix sua Joba ipsam villam superius nominatam Abaciacum cum omni integritate in pago Matriacensi ad casam sancti Dionysii manu potestativa condonasset: unde et de præsentem ipsum Fulradum in causa sancti Dionysii per suum wadium de ipsis villis supra nominatis Abaciaco et Sibriaco visus fuit revestisse, de omnibus scilicet, quæcumque jam dicta Joba genitrix sua ad casam sancti Dionysii condonaverat, vel in ipsis villis tenuerat; postea per suam festucam se exinde in omnibus contra ipsum abbatem Fulradum in causa sancti Dionysii dixit esse exitum. Proinde nos una cum proceribus vel fidelibus nostris, id est Milone, Rotgario, Helmengando, Chrothardo, Charichardo, Autgario, et Wicherto comite palatii nostro, vel reliquis quamplurimis visi fuimus iudicasse; ut quia ipse Gislemarus in præsentem astabat, et nullam potuit reddere rationem; propterea jubemus ut, quia hæc causa sic acta vel perpetrata fuit, ipse Fulradus abba vel successores sui ipsas villas superius nominatas, Abaciacum cum omni integritate et cum omnibus adjacentiis suis vel appendiciis, totum et ad integrum, rem inexactam; seu et Sibriacum in pago Matriacensi, id est una cum terris, domibus superpositis, accolabus, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus; vinetis vel subvinetis, farinaris, gregibus cum pastoribus utriusque generis et sexus, et quæcumque Joba per suum testamentum ad casam sancti Dionysii condonavit, vel jam ante Chilpericum regem qua Ottenetam recipit amniculum Silvanecto Compendum petentibus obvia.

antecessorem nostrum, et Hugonem antecessorem A  
 ipsius Fulradi abbati auctrix affuit, inspectis ipsis  
 testamentis contra ipsum Gislemarum habeat evin-  
 dicatas atque elidigas : et sit inter eos in postmo-  
 dum ex hac re omni tempore sopita causatio.

Dat. a Kal. Martias anno primo regni nostri, Ver-  
 meria feliciter.

## XI.

*Præceptum Pippini regis impetratum a Sigobaldo ab-  
 bate Anisolensis cænobii (anno 752).*

(Apud Martenium, tom. I ampliss. Collect.)

Domnis sanctis et apostolicis ac venerabilibus in  
 Christo Patribus omnibus episcopis et abbatibus,  
 comitibus, domesticis, vicariis, centenariis, vel om-  
 nibus agentis nostris, tam præsentis quam futu- B  
 ris, inluster vir Pippinus rex Francorum bene cu-  
 piens vester.

Comperiat charitas seu industria vestra, quia Si-  
 gobaldus abbas de monasterio Anisola, qui est in  
 honore sancti Carilefi confessoris constructus in  
 pago Cenomanico, in condita Labrocinsæ, ad nos  
 venit, et de sua propria potestate semetipsum, et  
 illam congregationem sanctam, quam in regimen  
 habet, et omnes res eorum in manu nostra plenius  
 commendavit; et nos gratanti animo ipsum et con-  
 gregationem ejus in nostro mundeburdo suscepimus  
 et retinemus : et hoc petiit, quod humanum est, ut  
 quando ipse abbas de hac luce discesserit, vel suc-  
 cessores ejus qui post eum bonus abbatæ recipiunt,  
 ut alius abba in ipsa casa sancti Carilefi non ingre- C  
 diatur, nisi quod ipsa sancta congregatio de semet-  
 ipsis eligant, ipsum habeant abbatem. Propterea lit-  
 teras nostras manu nostra firmatas eidem dedimus,  
 per quem [quas] omnino vobis rogamus atque præ-  
 cipimus ut neque vos, neque juniores aut successo-  
 res vestri abbatibus ipsius loci, nec mitio potestatis  
 illorum, nec hominibus qui per ipsos legibus spe-  
 rare videntur, inquietare vel condemnare, nec de  
 rebus suis abstrahere nec minuere præsumatis, nisi,  
 ut diximus, liceat eis sub nostro mundeburdo vel  
 defensione plenius quieto ordine vivere vel residere,  
 et pro nobis Domini misericordiam attentius jugiter  
 deprecare : et si tales causæ adversus abbates ipsius  
 monasterii ab hoste fuerint, aut de homines suos  
 surrexerint, quas in pago absque suo pendio recte  
 et rationabiliter definitas non fuerint, eas usque ante  
 nos omnimodis sint suspensas vel reseratas; et post-  
 ea ante nos per legem et justitiam accipiant senten-  
 tiam; et ut certius credatis, manu propria subter-  
 firmavimus, et de anulo nostro sigillavimus.

Signum Pippini regis Francorum.

Chrodingus jussus recognovit.

Data mens. April. die 25 in anno primo regnante  
 Pippino rege. Actum ad Arestalio palatio publico.

## XII.

*Regale præceptum Pippini sub Bonifacio de rebus  
 ecclesiæ sancti Martini (anno 753).*

(Apud D. Bouquet, ex Hæda.)

Pippinus rex Francorum. Notum sit omnibus agen-  
 tibus nostris tam præsentibus, quam et futuris :  
 Principali quidem clementiæ cunctos decet accom-  
 modare aurem benignam, præcipue quando per  
 compendium animarum a præcedentibus regibus et  
 principibus parentibus nostris ad loca ecclesiarum  
 probamus esse indulta, devota debemus mente per-  
 pendere, et congrua beneficia, ut mereamur ad  
 mercedem esse participes, non negare, sed robustis-  
 simo jure nostris oraculis confirmare. Igitur aposto-  
 licus vir et in Christo Pater Bonifacius urbis Tra-  
 jectensis episcopus regiæ nostræ clementiæ sugges-  
 sit, eo, quod antecessores nostri, vel parentes,  
 Clotharius quondam rex, et Theodebertus quondam  
 per auctoritates eorum manu subscriptas, de villis  
 ecclesiæ sancti Martini quas ad præsen possidebat,  
 vel de eo quod a Deo timentibus hominibus ibidem  
 inantea delegaretur, integra et imminuta conces-  
 sissent, ut nullux judex publicus ad causas audien-  
 dum, vel freda exigendum, nec mansiones vel para-  
 tas faciendum, nec fidejussores tollendum, nec ho-  
 mines ipsius ecclesiæ de qualibet causa distringen-  
 dum, nec ulla redhibitione requirendum, ingredi  
 ibidem non debeant; unde et ipsas præceptiones jam  
 dictorum principum, seu et confirmationes illorum  
 regum, eorum manibus roboratas, antedictus ponti-  
 fex Bonifacius nobis ostendit relegendas, et ipsum  
 beneficium circa eandem ecclesiam sancti Martini,  
 sicut a supradictis principibus fuit indultum mo-  
 derno tempore asserit esse conservatum. Sed pro  
 firmitatis studio petiit celsitudinem nostram ut hoc  
 denuo circa eandem supra memoratam sancti Mar-  
 tini ecclesiam nostra debuerit auctoritas generaliter  
 confirmare. Cujus petitionem pro reverentia ipsius  
 sancti loci, ut mereamur ad mercedem sociari, ple-  
 nissimam voluntatem visi sumus præstitisse, vel in  
 omnibus confirmare, cognoscite. Præcipientes ergo  
 jubemus, ut sicut constat ab antedictis principibus  
 de villis præfatæ ecclesiæ D. Martini integram immu-  
 nitatem absque introitu judicum fuisse concessum;  
 ita ut inantea auxiliante Domino, inspectæ priorum  
 principum auctoritates omnimodo conserventur, et  
 neque vos, neque juniores successoresque vestri, vel  
 ullus quilibet de judiciaria potestate in villas ante-  
 dictæ ecclesiæ, quas moderno tempore ubicunque in  
 regno nostro noscuntur possidere vel inantea a  
 Deum timentibus hominibus ibidem fuerint collatæ  
 aut collaturæ, tam de ingenuis quam de servientis-  
 bus, vel de qualibet natione hominum in prædictis  
 ipsius ecclesiæ villis commanentibus, quod legitime  
 ad ipsum episcopatum vel ipsam ecclesiam sancti  
 Martini legitimo redibit initio, nec ad causas audien-  
 dum, nec freda exigendum, nec fidejussores tol-

\* Si post Kalendas Martias anni 752 coronatus est Pippinus, hoc placitum in annum 753 rejicien-  
 dum est.

lendum, nec mansiones aut paratas faciendum, nec homines ipsius ecclesiæ de qualibet causa distringendum, nec ulla redditione requirendum ingredi non præsumatis, sed sicut ipsa beneficia ab jam dictis principibus ad supra nominatam ecclesiam fuerunt indulta, et usque nunc conservata, ita et deinceps conserventur, et qualiscunque superflua super hanc nostram auctoritatem, generali confirmatione in Dei nomine perenniter maneant inconvulsa. et quicquid exinde fiscus noster poterat sperare in luminaribus ecclesiæ in perpetuum proficiat in augmentis, et ut hæc auctoritas tam præsentibus quam et futuris temporibus, Deo adjutore, possit constare, subter eam manu propria decrevimus roborare.

Signum gloriosi Pipini regis Francorum.  
Wineramus recognovi.

## XIII.

*Præceptum Pippini regis pro Morbacensi monasterio (anno 753).*

(Apud D. Bouquet, *Recueil des Hist. de France.*)

Pippinus rex Francorum vir illustris. Principali quidem clementiæ cunctorum decet accommodare aurem benignam, præcipueque pro compendio animarum a præcedentibus regibus antecessoribus nostris ad loca ecclesiarum probamus esse indultum, devota debemus mente perpendere, et cuncta beneficia, ut mereamur ad mercedem esse participes, non negare; sed robustissimo jure pro nostris oralis confirmare. Igitur Baldebertus vir venerabilis dono Dei abbas de monasterio Vivario-Peregrinorum, qui ponitur in pago Alsasense super fluvium Morbac, qui est constructus in honore sancti Leodegarii et sancti Petri apostoli et sanctæ Mariæ cæterorumque sanctorum, ubi ipse cum turba plurima monachorum deservire noscitur, clementiæ regni nostri suggessit eo quod nostri antecessores quondam per eorum auctoritates illorum manibus subscriptas de villis ipsius sanctæ ecclesiæ, quod [quas] ad præsens possidebat, tam ex muneribus principum, seu Eberhardi qui ipsum monasterium in sua elemosina fundavit, quam ex pagensium largitate, vel quod inantea a Deum timentibus hominibus ibidem delegatum fuit, integra emunitate concessissent, ut nullus iudex publicus in villis vel rebus ipsius ecclesiæ suæ, nec ad causas audiendas, nec freda exigenda, nec mansiones aut paratas faciendas, nec fidejussores tollendum, nec homines ipsius ecclesiæ de quibuslibet causis distringendum, nec ullam retributionem requirendum, ibidem ingredi non audeat. Unde ipsam præceptionem antecessoribus nostris jam dictis [antecessorum.... dictorum], seu et eorum confirmationem antedictus abba Baldebertus rector de ipso monasterio nobis ostendit ad relegendum, et ipsum beneficium circa eandem memoratam ecclesiam ipsius usque nunc asserit esse conservatum. Sed pro firmitatis studio petiit celsitudinem nostram

A ut hoc denuo circa ipsum monasterium vel ipsos monachos nostra deberet auctoritas generaliter confirmare. Cujus petitionem pro reverentia ipsius loci, ut mereamur ad mercedem sociari, plenissima voluntate visi fuimus præstitisse; vel in omnibus confirmasse cognoscite. Præcipientes ergo jubemus ut nullus iudex publicus in res vel facultates ipsius ecclesiæ, nec ad causas audiendas, et freda exigenda, nec mansiones aut paratas faciendas, nec fidejussores tollendum, nec homines ipsius Ecclesiæ tam ingenos quam servos, qui super eorum terras vel initio commanere videntur, qui ibidem aspiciunt, de [ejus] quibuslibet causis distringendum, nec ulla retributiones requirendum, ibidem ingredi non debeat. Sed sicut ipsius beneficium a jam dictis antecessoribus nostris indultum, priorum principum auctoritate ad jam dictam ecclesiam usque nunc fuit conservatum, ita et deinceps per nostram auctoritatem generaliter maneat inconvulsum. Et quicquid exinde fiscus noster poterat sperare, in ipsius domini Leodegarii et sancti Petri luminaribus vel sanctæ Mariæ, pro stabilitate regni nostri proficiat in augmentum. Et ut hæc auctoritas tam præsentibus quam et futuris temporibus possit constare, manu nostra subter roboravimus, et annulo nostro sigillare jussimus.

## XIV.

*Diploma Pippini regis pro nundinis sancti Dionysii (anno 753).*

(Apud Felibtanum, in *Prob. Hist. abb. sancti Dionysii*, pag. 24, ex D. Bouquet.)

Pippinus rex Francorum vir illuster. Omnibus ducibus, comitibus, grafionibus, domesticis, vicariis, centenariis, vel omnes agentes tam præsentibus quam et futuris, seu et omnes missus nostros de palacio ubique discurrentes, Igitur cognoscat utilitas seu magnitudo vestra, quod venerabilis vir Folerodus abba de basilica peculiaris patroni nostri sancti Dionysii, ubi ipse pretiosus dominus cum sociis suis corpore requiescere videtur, vel ipse abba una cum turba plurima monachorum in ipso cœnubio degere videntur, vel domino militare noscuntur, missa petitione nobis suggesserunt eo quod a longo tempore anteriores reges dominus Dagobertus et Chlodovius, seu et postea Hildericus et Theudericus, et Clotarius quondam reges, etiam et Hiltbertus, et avunculus noster Grimoaldus majorim domus, ipsique quondam omnes telloneos infra pago Parisiaco de omnes necuciantes tam Saxones, quam Frisones, vel alias naciones promiscuas de quaque pagos vel provincias ad festivitatem sancti Dionysii martyris, tam in ipso marcado quam et in ipsa civitate Parisius de ipsa vice, seu et per villabus, vel per agros tam ibidem quam et aliubi ad necuciandum, vel necocia plurima exercendum, et vina comparandum in portus, et per diversa flumina qui ad ipsa festivitatem advenerint, ut ipso telloneus in integritate de ipsa vice ad casa sancti Dionysii concessissent, vel confirmassent: unde et ipsas præceptiones vel confir-

\* Is ex abbate Morbacensi episcopus Basileensis Labbeum tom. VI Concil., col. 1702.

Attiniacensi conventui interfuit anno 765. Apud

maciones anteriorum regum nobis in præsentē obtulerunt relegendas. Relectas et percursas ipsas præceptiones, seu et confirmationes, vel illo iudicio evindicato domno Hiltberto rege et avunculo nostro Grimoaldo majorim domo, quem agentes sancti Dionysii super inlustri viro Grimoaldo majorim domo evindicaverunt, ipsum nobis obtulerunt ad relegendum. Et postea suggerebat ipse Folradus abba, vel monachi sancti Dionysii, et hoc dicebant ut ille telloneus de illo marcado in villabus vel agros eorum totus absque iudicis introitum ad casa sancti Dionysii adesse debebat, et hoc dicebant quod ante nos annos quando Carlus fuit ejectus \* per Soanachilde cupiditate, et Gairefredo Parisius comite insidiante, per eorum consensu ad illos necuciantes vel marcadantes per deprecationem unumquemque hominem ingenuum dinarius quatuor dare fecissent, et hoc eis malo ordine tulerunt. Et postea Gairehardus comis Parisii, vel agentes sui ipsam deprecationem quomodo ibidem invenerunt per consuetudinem ad ipsos homines hoc exactabant, et ad unoquemque homine ingenuo de quacumque natione, qui ad illo marcado adveniebant, dinarius quatuor de eorum capite exactabant, si ingenuus esset; et si servus erat, tunc conjurare debebat quod servus fuisset, et ipsi homines, quando ipso sacramento jurabant, quinque dinarius pro hoc donabant. Et hoc agentes sancti Dionysii, vel Folradus abba, seu illi monachi dicebant quod per talem consuetudinem ille marcadus fuisset eminentus vel abstractus, et illi necuciantes vel omnes nationes qui ad ipso marcado advenire solebant, pro hac causa ipso marcado defugiebant, et ille telloneus de ipsa casa Dei erat minutus vel abstractus. Et ipse Gairehardus hoc dicebat quod alia consuetudine in ipso marcado non misisset, nisi qualiter antea per permissione Soanachilde vel jam dicto Gairefredo missa fuisset, et ibidem invenisset, et aliter exinde agere non volebat nisi quomodo domno rege placebat, vel quomodo a longo tempus tempora regum ibidem fuit consuetudo, vel ad ipsa Dei in integritate ipse telloneus fuit concessus vel confirmatus. Et dum hac causa sic acta vel perpetrata invenimus, per anteriorum regum tales præceptiones vel confirmationes nobis obtulerunt relegendas, una cum plures nostris fidelibus: id sunt, Milone, Helmegando, Hildegario, Chrothardo, Drogone, Baugulfo, Gislehario, Leuthredo, Raulcone, Theudericico, Maganario, Nithado, Walthario, Vulfario, et Wicberto comite Palatii nostro, visi fuimus iudicasse, vel decrevisse, seu confirmasse, et de novo iterum concessisse, ut ab hac die nullus ex iudiciaria potestate, nec in ipso mar-

A cado, nec per eorum agros, nec portus, nec de homines eorum, nec eorum necuciantes, nec de omnes nationes quascunque qui ad jam dicto marcado adveniunt, nec per villas eorum, nec de navigia, nec de portus, nec de carra, nec de saumas, nullo telloneo, nec foratico, nec rotatico, nec pontatico, nec portatico, nec salutatico, nec cispitatico, nec mutatico, nec ulla exacta, nec consuetudines, nec illos dinarios quatur, de omnes nationes qui ibidem ad ipso marcado adveniunt, quem Soanachildis et Gairefredus, ut supra memoravimus consuetudine miserunt ad ipsos necuciantes, nec infra ipso pago Parisiaco, nec in ipsa civitate, de ipsa vice nec aliubi qui ad ipsa sancta festivitate adveniunt, nulla exacta nec contrarietate, neque vos, neque juniores seu successores vestri exigere nec exactare non præsumatis, nisi, ut diximus, quicquid exinde fiscus noster forsitan ad parte nostra, seu et ad omnes agentes nostros potuerat sperare, omnia et ex omnibus ipse telloneus ad ipsa casa Dei in integrum sit concessus, adque indultus, vel evindicatus, ita ut futuris temporibus per nostra auctoritate, vel anteriorum regum habeant confirmatum, vel evindicatum. Quia nos propter Deum et reverentia præfati sancti Dionysii martyris, seu pro animæ nostræ remedium, vel stabilitate regni Francorum, et filiis nostris, vel posteritate eorum, hoc in luminaribus ad ipsa casa sancti Dionysii, vel ad ipsos monachos, seu pauperes et peregrinos in nostra elemosyna hoc in omnibus concessimus, vel confirmavimus, ut eis melius delectet pro stabilitate regni nostri, vel pro cunctis leudis nostris, Domini misericordia adtencius deprecare, et ut ævis et perennis temporibus ad ipsa casa Dei proficiat in augmentum. Et ut hæc confirmatio nostra, inspecto ipso iudicio domno Hildeberto rege vel aliorum regum, sed et avunculo nostro Grimoaldo majorim domo, firmior habeatur, et circa ipsa sancta casa Dei perenniter conservetur, manu nostra subter eam decrevimus adsignare, et de anolo nostro subter sigillare.

Signum domno nostro Pippino gloriosissimo rege.

Ejus jussus recognovi et subscripsi.

Datum quod fecit mensis Julius die x octo, anno secundo regni nostri, in Dei nomine feliciter.

#### XV.

*Pippini regis præceptum pro Taberniaci in pago Parisiaco villæ confirmatione (anno 754).*

(Apud Mabill., de Re diplom., pag. 495.)

Pippinus rex Francorum vir inluster. Credimus nobis ad æternum Judicem in mercede sociari, si hoc cognoscimus quod ad loca sanctorum fuisse delegatum, et per præceptionem nostram anteriorum regum manu subscripta inibi confirmatione, per nostrum

\* Mabillonius, lib. vi de Re diplom., conjicit turbas illas Soanachildis et Gairefredi accidisse, Theoderico Calensi mortuo, cum de rerum summa inter principes disceptaretur, per illud quinque annorum interregnum quod ad Childerici initia intercessit. Mabillonii conjectura firmatur, ut notat ipse, auctoritate Chronici Fontanellensis ex cap. 10 apud Acherium in Spicilegio tomo tertio, ubi Wido abbas dicitur ac-

cusatus apud principem Carolum, quod conspirationem adversus ipsum cum aliis meditatus esset, ob idque capitis præcisione damnatus post annum 738, quo prædictus Wido cænobii Fontanellensis præfecturam iniit. Itaque inde patet conspirationem in Carolum tunc factam esse, cujus participes fuisse Soanachildem et Gairefredum hoc diplomate intelligimus.

oraculum pro amore Dei et retributione sanctorum A affirmamus. Ideoque venerabilis vir Fulradus abba de basilica peculiaris patroni nostri sancti Dionysii, ubi ipse pretiosus martyr cum sociis suis in corpore quiescere videtur, vel ipse abba cum turma plurima monachorum degere videtur, vel Domino militare noscuntur; missa petitione nobis suggesserunt eo quod ante hos annos inluster vir Guntaldus quamdam villam suam nuncupatam Taberniacum, sitam in pago Parisiaco, pro animæ suæ remedio cum omni integritate sua ad ipsam basilicam domni Dionysii delegasset vel firmasset: et postea Joannes ad petitiones inlustris viri Ebroini majoris domus ipsam curtem per precariam tenuit. Similiter Frodoinus et Geruntus per precariam sancti Dionysii tenuerunt, et ad ipsam delegationem vel confirmationem seu ipsas B precarias anterioris regis domni Childeberti, et precariam avunculi nostri Grimoaldi majoris domus nobis obtulerunt ad relegendum. Et quoniam per iniquam cupiditatem a malignis hominibus ipsa villa Taberniacum de ipsa casa sancti Dionysii fuit abstracta vel imminuta: petiit ipse abba vel ipsa congregatio a celsitudine regni nostri, ut per nostram confirmationem vel deliberationem munire deberemus præceptum, quicquid casindus noster Teudbertus per nostrum beneficium ipsam villam Taberniacum superius denominatam tenuit, hoc est una cum terris, domibus, ædificiis, præsiidiis, mancipiis, colonis, inquilinis, accolabus, libertis, servis tam ibidem oriundis, quam et aliunde translatis, rusticis et urbanis, saltibus atque subvinetis, terris cultis et incultis, vineis, silvis, pratis, pascuis, aquarumve decursibus, pecoribus, pecoriis, mobile et immobile, omneque genus pecudum, et universum meritum cum appendiciis, adjacentiis tam infra terminos, quam extra terminos, omnesque res adquisitas, quicquid dici aut nominari potest seu et illas colonias in Acebreledo et Walion, et illam Warinnam fiscalem per quam illa mea consuetudo est trahere, quam ad ipsam villam Teudbertus tenuit, et quicquid a longo tempore ad ipsam villam abantea fuit adspectum vel possessum; per nostram auctoritatem vel confirmationem et pro stabilitate regni nostri in Dei nomine ad ipsa casa sancti Dionysii sæpe dicta villa Taberniacum cum omni integritate vel soliditate sua concessa vel confirmata: et quicquid exinde ipse D rector vel ipsa congregatio sancti Dionysii facere vulerint, liberam et firmissimam in omnibus habeant potestatem faciendi: et per hujus nostræ auctoritatis teneat vigorem nuncupatus Fulradus abba confirmatam in jure et dominatione sua cum Dei et nostra gratia ad partem sancti Dionysii. Et ut ævis ac futuris temporibus maneat incon vulsum, manu nostra subter eam decrevimus affirmare et anulo nostro sigillare.

Signum inlustris viri domni et gloriosissimi Pippini regis.

Widmarus jussus recognovit.

Data anno tertio regni nostri, Vermeria in palatio.

## XVI.

*Præceptum Pippini regis donantis monasterio sancti Dionysii castellum ad montem sancti Michaelis in pago Viridanensi (anno 755).*

(Apud Felibianum, in Probat. Hist. sancti Dionysii, pag. 25; ex D. Bouquet.)

Pippinus rex Francorum vir inluster. Summa cura et maxema sollicitudo debet esse princepum, ut ea quæ a sacerdotibus Christi pro opportunitate ecclesiarum Dei fuerint ex postolata sollerter perspecere, et congrua vel oportuna beneficia eis non deniare, sed ea quæ pro Dei intuitu sunt ad effectum in Dei nomine mancipare. Igitur cognuscat omnium fidelium Dei et nostrorum, tam præsentium, quam et futurorum sagacitas, quia nos pro Dei amore et sancto Dionysii specialis patroni nostri, ubi Folleradus abbas et custos præesse dinuscitur, loco aleo in pago Veredunense, quæ appellatur ad Munte Sancto Micaclo arcangelo, super fluvio Marsupia (Marsoupe), quem Fulfoaldus quondam pro sua vita nobis dedit, pro eo quod illo castello ibidem volebat ædificare ad nostros inimicos recipiendum, sicut comprobatum est, et ad Francorum judicium propter hoc missus fuit ad caulas: sed Folleradus abbas vel ipsa congregatio sancto Dionysio nobis deprecatus sunt pro eo, et suam vitam illi perdonavimus in Dei amore, et domni Dionysii. Propterea in nostra mercede et remedio animæ domni genitoris nostri Karoli donamus ipso loco et castello ad monisterium beati C domni Dionysii ubi enotriti sumus, cum omnebus rebus ad se pertinentibus vel respicientibus, cum mancipia utriusque sexus, et tam terris, domebus, ædificiis, vineis, silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, movilibus et immovilibus, vel quicquid dici aut nomenari potest, et cum ipsos clerico qui deservire videntur. Ideo per præsentem præceptionem nostram ordinamus et constetimus, ut sicut constat quod nos per justitia et lege Francorum ipso loco et castello adquisivimus in palatio nostro, ita nostris et futuris temporibus ipse abbas Folleradus atque successores sui, vel ipsa congregatio sancta memoratum locum habeant, teneant atque possideant ad ipsa sancta basilica in perpetuo: et ut eis melius semper delectet pro nos vel filios nostros, seu pro stabilitate regni nostri atque Francorum, die noctuque incessanter orare, vel Domini misericordiam deprecare; et sicut nobis promiserunt, per singulos dies nomen nostrum tam in missas quam et peculiare eorum orationibus ad sepulchrum ipsius S. Dionysii debeant recitare: et si ad hoc aut inantea eorum in alico loco oportunitatem invenire potuerimus, eis libenti animo concedere volumus. Et ut hæc auctoretas vel præceptio nostra, quod nobis postulaverunt circa ipsa sancta casa Dei proficiat, et ævis et futuris temporibus incon vulsa vel firma habeat permanere, manu propria subter firmavimus, et de anulo nostro impressione signari jussimus.

Signum gloriosissimo domno Pippino rege. Ejus **A** jusus recognovit et suscripsit.

Datum quarto Kal. Augusti, anno quarto regni nostri, Compendio in Dei nomine feliciter. Amen.

## XVII.

*Diploma Pippini regis pro monasterio Nantuacensi (anno 757).*

(Apud Guichenonem in Probat, Historiæ Sebusianæ, pag. 213, ex D. Bouquet.)

Pippinus rex Francorum, omnibus episcopis, comitibus, ducibus, abbatibus, domesticis, centenariis, vicariis, atque iudicibus nostris, vel omnibus missis nostris discurrentibus.

Cognoscatis quod maximum regni nostri augere credimus munimen, si beneficia. . . . opportuna locis ecclesiarum vel sanctorum benevola deliberatione concedamus, ac Domino protegente stabiliter durare contribuamus. Igitur noverit solertia vestra, nos ad petitionem venerabilis viri Siagrii abbatis monasterii Nantoaci, quod est constructum in honore beatæ Dei genitricis Mariæ, et sancti Petri apostoli, vel cæterorum sanctorum, tale pro æterna retributione beneficium censuimus indulsisse, ut villas monasterii ipsius, quas moderno tempore aut nostro vel cujuslibet munere habere videtur, vel quas deinceps in jure ipsius monasterii sancti loci voluerit divina pietas amplificare, nullus iudex publicus ad causas audiendas undique, aut freda exigenda, quoquomodo præsumat ingredi: sed hoc ipse abbas aut monachi successoresque eorum propter nomen Domini agant sub dominatione nostra. Studentes ergo ut neque vos, neque minores aut successores nostri, neque ulla publica **C** iudicialia potestas quoquo honore in villas ubicunque in regno nostro, Deo propitio, ad ipsius monasterii . . . . vere autem regia sive privatorum largitate collata, vel inantea collatura, ad audiendas altercationes ingredi, aut freda de qualibet causa exigere, nec mansiones aut fidejussores tollere non præsumatis, nec ipsos pro hoc inquietare nec condemnare; quia ibidem ex legitima vocatione deserviunt; aut de aliis deservientibus qui ad ipsum monasterium cum legitimo ordine servire videntur, infra agros vel terminationes, aut fines seu super terras prædicti monasterii, quæ ibidem legitimo ordine pertinent, fiscus non defreda, aut undecumque poterat sperare, ex nostra indulgentia, pro futura salute, in luminariis ipsius monasterii ad ipsa loca sanctorum per manus nostra autoritate in perpetuum perficiat [proficiat]; eaque nos propter nomen Domini, et nostræ animæ salutem, seu nostræ subsequenti progeniei, plena donatione indulsimus. Nec

\* Observatione dignum est hoc placitum, tum ob forensam ejus temporis disciplinam, tum ob noctes legitimas, ad quas in palatium partes convenire condixerunt, ut ante regem causa definiretur. Nempe cum missi per se ipsi controversiam componere non poterant, partes citabantur in audientiam regis, ut in ejus præsentia res definiretur. Dies autem ejusmodi induciarum noctes appellari solebant apud veteres Francos. De his noctibus item agit Caroli Magni placitum ad annum 812. Exemplum antiquius

regalis sublimitas, nec iudicum sæva cupiditas refragare conetur. Ut autem præsens autoritas tam præsentibus quam futuris (temporibus) inviolata Deo propitio permanere valeat, manus nostræ subscriptionibus infra roborari decrevimus.

Signum Pipini gloriosissimi regis.

In Dei nomine scripsit Badillo mense Augusto decima die in anno sexto regni. Actum Atiniaco palatio publice.

## XVIII.

*Pippini a placitum de teloneis omnibus in mercato sancti Dionysii ad ipsum monasterium evindicatis, adversus Gerardum comitem Parisiensem (anno 758).*

(Apud Mabill., de Re diplomatica.)

Pippinus rex Francorum vir inluster. Venientes **B** agentes sancti Dionisio et Follerado abbate Aderulfus et Rodegarius Compendio palatio sub die decimo Kalendas Novembris, anno octavo regni nostri, ubi nos ad universorum causas audiendas, et recta iudicia determinandum resederemus, ubi visi sunt interpellasse Gerardum comitem, eo quod malo ordine contentendebat et retinebat teloneo infra Parisiis ex navibus, et pontis volutaticos ac rotaticos, quem ab ipsa die missa sancto Dionisio semper ab antiquo accipiebant agentes sancti domni Dionisio. Unde prædictus Gerardus comes dedit in responsis, quod ipsum teloneum aliter non contentendebat, nisi quomodo antecessores illius, qui comites fuerant ante illum, id ipsum ad suam partem retinebat. Supradicti **C** autem agentes sancti Dionysii ita contra eum intendebant et ostendebant præceptum Dagoberti regis, qualiter ipsum mercatum stabilisset in ipso pago, et postea ipsum cum omnes teloneos ad partem sancti Dionisii delegasset ac firmasset. Et ipso dominus rex Pippinus adfirmabat, quod semper a sua infantia ipsos teloneos partibus sancti Dionisii habere et colligere vidisset. Sed Gerardus comes hoc nullo modo consentiebat, et tunc talem placitum statuerunt, ut iterum simul ad noctes legitimas concurrerent in eodem palatio, et ante jam dictum domnum Pippinum ipsam intentionem definire debuissent, sicut lex edicebat. Denique venientes jam dicti missi et advocati sancti Dionisii, Aderulfus et Rotgarius, ad conductum placitum quarto Kalendas Novembris, tales testes **D** ibi præsentaverunt, qui ipsos teloneos in Parisiis acceperunt cum omni eorum integritate ad partem sancti Dionisii. Tunc illis iudicatum fuit a Widone, Raulcone, Milone, Helmengaudo, Rothardo, Gisleharo vel reliquis quamplures, seu et Wicberto comite palatii nostri, ut pars sancti Dionisii, vel supradicti

habes in placito Theoderici regis, Chlodovei junioris filii, de Hildulfo villa: ubi pariter noctium quadraginta induciæ memorantur. Perseveravit hic loquendi modus ad sæculum XII, ut discimus ex Gofrido abbate Vindocinensi in libri secundi epistola 17 ad Gofridum Carnutensem episcopum. « In hoc tamen non noctes, inquit, secundum consuetudines laicorum: sed secundum instituta canonum inducias postulamus. » Lege eruditi Sirmondi adnotationem in hunc locum, ubi varia Capitularium loca huc refert.

advocati hoc comprobare debuissent : quod et de præ-  
sente visi sunt fecisse. Prædictus namque Gerardus  
comes ita dedit in responsis, quod aliter non volebat  
facere, nisi quomodo lex erat et domno rege place-  
bat ac suis fidelibus qui ibi residebant. Unde et ipse  
Gerardus ex prædictos teloneos se exitum dixit co-  
ram eis. Quapropter tunc illis opportunum fuit et ne-  
cessarium, talem notitiam ex hoc facto accipere de-  
buisent, ut ab hodierno tempore et die pars sancti  
Dionisii vel agentes ipsius de ipsos teloneos securi et  
quieti residere valerent, ut sit inter ipsos in postmo-  
dum omni tempore quieta et subita causatio.

Signum † gloriosissimo domno Pippino rege.

Ejus jussus recognovit et subscripsit.

Datum tertio Kalendas Novembris, anno suprascri-  
pto in Dei nomine feliciter.

### XIX.

*Diploma Pippini regis Francorum, quo monasterii  
Honaugiensis possessiones confirmat. Datum die 15  
Decembris 759.*

(Apud Granddier, *Histoire de l'Eglise de Strasbourg.*)

Pippinus rex Francorum, vir ipluster. Omnibus  
episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, domesticis,  
vicariis, centenariis, omnibus missis nostris discur-  
rentibus tam præsentibus quam et futuris. Cognos-  
catis quod maximum regni nostri augere credimus  
munimentum, si beneficia oportuna locis ecclesia-  
rum benivola deliberatione concedimus, ac Domino  
protegente stabiliter perdurare confidimus. Igitur no-  
verit solercia vestra, quod nos ad petitionem vene-  
rabilis viri Dubani episcopi tale pro eterna retribu-  
tione beneficium visi sumus indulisse, ut in villas  
vel res ecclesie sancte Michaelis archangeli de mo-  
nasterio quod est constructum in insula Rheni que  
vocatur Hohenaugia, quas presenti tempore, aut no-  
stro, aut cujuslibet munere habere videtur, vel quas  
deinceps in jure ipsius sancti loci voluerit divina  
pietas ampliare, nullus iudex publicus ad causas au-  
diendum, vel freda undique exigendum quoque tem-  
pore non presumat ingredi : sed predictus Dubanus,  
vel successores sui propter nomen Domini vel sancti  
Michaelis sub integre emunitatis nomine ipsas res va-  
leat dominare. Precipientes ergo jubemus, ut neque  
vos, neque juniores, aut successores vestri, nec ulla  
publica judiciaria potestas quocumque tempore in vil-  
las ubicumque in regno nostro, ipsi ecclesie aut regia,  
aut privatorum vel honorum hominum largitate col-  
latas, vel que inantea per Deum timentes fuerint  
collate, ad audiendas altercationes ingredi, aut freda  
de qualibet causa exigere, nec mansiones, aut para-  
tas, vel fidejussores tollere presumatis ; sed quid-  
quid exinde deservientibus, qui sunt infra agros vel  
vineas, seu super terras predictæ ecclesie sancti Mi-

<sup>a</sup> Baddilo cancellarius multas Pippini chartas scripsit annorum 757, 762 et 766, quas vide apud Bouquetum, tom. V, pag. 702, 705 et 706.

<sup>b</sup> Duria vel Dura germanice *Duren*, quam veteres *Marcodurum* Ubiorum vicum dixerunt, fuit olim insigne palatium regium, nunc autem civitas ducatus Juliæacensis in circulo Westphalico, medio fere itinere

chaelis commanentes, vel qui alicubi commanent ;  
et ibidem legitimo ordine aspicere videntur, fiscus  
noster aut de freda, aut undicumque poterit sperare  
ex nostra indulgentia pro futura salute in luminari-  
bus ipsius ecclesie per manum agentium eorum ad  
ipsam ecclesiam proficiat in perpetuum ; et quod nos  
propter nomen Domini et anime nostre remedium,  
seu nostram subsequentem progeniem plena devo-  
tione indulimus, nec regalis sublimitas, nec quo-  
rumlibet iudicum sera cupiditas refragare temptet.  
Et ut præsens auctoritas tam præsentibus quam fu-  
turis temporibus, Deo adiutore, permaneat, manu  
nostra subter eam decrevimus affirmare, vel de an-  
nulo nostro sigillare.

Signum † Pipini gloriosissimi regis.

**B** In Dei nomine Baddilo <sup>a</sup>, recognovit et scripsit.

Datum mense Septembri die decima quinta, anno  
septimo regnante Pippino rege. Actum Duria <sup>b</sup>, in  
Dei nomine feliciter. Amen.

### XX.

*Pipini regis diploma quo bona et jura Murbacensis  
abbatiæ confirmat (anno 760).*

(Apud Schœpflinum, *Alsatia diplomat.*)

Pipinus rex Francorum illustris. Principale quid-  
dem clemencie cunctorum decet deomodare aures  
benignam, præcipueque pro compendio animarum  
a precedentibus regibus antecessoribus nostris ad  
loca ecclesiarum probamus esse indultum, devota  
debemus mente perpendere et congrua beneficia ut  
mereamur ad mercedem esse participes non negare,  
sed robustissimo jure pro nostris oraculis confir-  
mare. Igitur venerabilis vir Baldobertus dono Dei  
abba de monasterio Vivario Peregrinorum, qui po-  
nitur in pago Alsecense super fluvium *Morbach* qui  
est constructus in honore sancti Leodegari et Petri  
apostoli et sanctæ Mariæ cæterorumque sanctorum,  
et ipse cum turba plurima monachorum deservire  
noscitur, clemencie regni nostri suggesterit, eo  
quod antecessores nostri quondam per eorum aucto-  
ritates illorum manibus subscriptis de villis ipsius  
ecclesie, quod ad præsens possidebat, tam ex mu-  
neribus principum vel Eberhardi qui ipsum mona-  
sterium in sua elimosina fundavit, quam ex largitate  
pagensium, vel quod inantea Deum timentibus ho-  
minibus ebidem delegatum fuerit integra emunitate  
concessissent, ut nullus iudex publicus in villis vel  
res ipsius ecclesie suæ nec ad causas audiendas  
nec freda exigenda nec mansiones aut paratus fa-  
ciendas nec fidejussores tollendum, nec homines  
ipsius ecclesie de quibuslibet causis distringendam,  
nec ullam redibacionem requirendam ibidem ingre-  
dere non debeant, unde et ipsum præceptionem jam  
dictis antecessoribus nostris seu et confirmatione

ris spatio inter Aquisgranum et Coloniam Agrippi-  
nam, a qua decem leucis distat. Hic multæ sub Pip-  
pino rege ejusque filio Carolo Magno habitæ sunt  
synodi. Consulatur Michael Germanus de Franco-  
rum regum palatiis apud Mabillonem, *Rei diplomat.*  
lib. IV, pag. 231.



eorum antedictus abba Baldobertus rector de ipso monasterio nobis ostendit ad religendam ad ipsum beneficium circa eundem vel memoratam ecclesiam ipsius usque nunc asserit esse conservatum. Sed pro affirmantis studio petiit celsitudinem nostram ut hoc denuo circa ipsum monasterium vel ipsos monachos nostra deberet auctoritas generaliter confirmare. Cujus petitionem pro reverentia ipsius loci, ut mereamur ad mercedem sociari, plenissima voluntate visi fuimus prestituisse vel in omnibus confirmasse cognoscite. Precipientes ergo jubemus ut nullus iudex publicus in res vel facultates ipsius ecclesiae, nec ad causas audiendas, nec freda exigenda, nec mansiones aut paratas faciendas, nec fidejussores tollendum, nec homines ipsius tam ingenuos quam servos qui super eorum terras vel micie commanere videntur, qui ibidem aspiciunt de quibuslibet causis distringendum nec ulla redibutione requirendum ibidem ingredi non debeant, sed sicut beneficentia a jam dictis antecessoribus nostris inspecta priorum principum auctoritate ad jam dictam ecclesiam usque nunc fuit conversatum, ita et deinceps per nostram auctoritatem generaliter manet inconvulsum, et quamquam ex ipse fiscus noster poterat imperare in luminaribus ipsius domini Leodegarii et sancti Petri et sanctae Marie pro stabilitate regni nostri proficiat in perpetuum. Et ut hæc auctoritas tam presentibus quam et futuris temporibus possit constare, manu nostra subter roboravimus et annulo nostro sigillare jussimus.

## XXI.

<sup>a</sup> *Diploma Pippini regis Francorum pro monasterio Honaugiensi, datum versus 760.*

(Apud Granddier, *Histoire de l'Eglise de Strasbourg.*)

Pippinus rex Francorum vir inlaster, dominis sanctis et apostolicis ac venerabilibus in Christo Patribus, omnibus episcopis, abbatibus, seu illustribus ac magnificis viris, ducibus, comitibus, domesticis, vicariis, centenariis, atque omnibus agentibus <sup>b</sup>. Rectum esse censemus, ut petitionibus sacerdotum, que ad profectum pertinent pro locis sanctorum, ad effectum, Christo presule, perducamus. Igitur in Christo Pater Dubanus episcopus vel abbas de monasterio Hohenaugia in pago Alsacense super fluvium Renum, quod est constructum in honore sancti Michaelis et sancti Petri et sancti Pauli, vel cæterorum sanctorum gloriose regni nostri majestatem petiit, ut dum ipsum monasterium de collatione antecessorum nostrorum, vel de hominum Deum timentium adiutorio videtur esse constructum, nos omne corpus facultatum ejus, tam quod antecessores abbates ibidem laboraverunt, quam quod ipse Dubanus de rebus

A monasterii, quæ ibidem fuisse dinoscuntur, visus est augmentasse, aut comparasse, et quod ab ipso sancto loco moderno tempore possidetur, per nostrum deberemus generaliter confirmare preceptum, quod nos pro divino respectu vel mercedis nostre augmento prestitisse vestra non dubitet magnitudo; etiam et privilegium ipsius monasterii, quod juxta institutionem priscorum Patrum et reliquorum episcoporum visi sunt meruisse, et quod per auctoritatem nostram, seu reliquorum de successoribus legibus antecessorum nostrorum adumbratum fuisse dinoscitur, juxta quod antequam per priorem preceptionem nostram erga se prohibendi esset munitum <sup>c</sup>, pro perenni stabilitate decrevimus roborare. Precipientes ergo precipimus, ut omnes facultates ipsius B monasterii, quicquid aut regia collatione, aut privatorum munere vel antecessoribus abbatibus, vel Dubano episcopo vel abbati ibidem est legaliter acquisitum aut comparatum, imo quod de quibuscumque rebus rite attractum, quodcumque dominatio ipsius sancti monasterii Hohenaugiensis undecumque moderno tempore de villabus, domibus, mancipiis, vineis, sylvis, pratis, pascuis, aut de quibuslibet beneficiis cernitur cum equitatis ordine possidere, per hanc auctoritatem suffultum absque cujuslibet illicitis controversiis inibi, tam presenti quam futuro tempore Christo præsule proficiat in augmentum. Et undecumque ipsum monasterium usque nunc habuit concessum et usque hactenus conservatum, vel per antecessores nostros reges circa se firmatum, ita et C inantea resecatis quibuscumque superfluis inquietudinibus sua ea ordine valeant in nostro sermone, auxiliante Domino, per tempora permanere, et vos et successores vestri, ubi necessitas fuerit in conditionibus ipsius monasterii, justum faciatis auxilium impertiri; ut melius delectet ipsam congregationem ipsius monasterii pro salute nostra vel stabilitate regni nostri Domini misericordiam jugiter exorare. Et ut hec preceptio firma stabilitate subsistat, propria manu infra decrevimus roborare, et de annulo nostro sigillare.

Signum † gloriosissimi domni Pippini regis.

Wulmarus <sup>d</sup> jussus recognovit et scripsit.

## XXII.

D *Pipinus rex Wiomado archiepiscopo et ecclesie Trevirensi confirmat ecclesias SS. Maximini, Paulini, Excharii, Oreum, S. Martini, ac quidquid ecclesia Trevirensis habet et habebit citra Rhenum et Ligerim, et quod sit libera a talliis et teloneis* <sup>e</sup> (anno 761).

(Ex Honthheim, *Historia Trevirensis.*)

In nomine Domini Dei eterni et Salvatoris Domini nostri Jesu Christi. Pipinus divina ordinante pro-

annorum 753 et 760, supra.

<sup>b</sup> Meminit hujus diplomatis Mabillonius de Re diplom., lib. II, c. 3, n. 6, et *Annal. Benedict.*, tom. II, lib. xxiii, n. 50, qui illud interpolationibus non carere judicat: addita etiam, præter ejus ævi morem, indictione. Mendosa ei etiam videtur invocationis et inscriptionis forma, tametsi contextus valori non habeat quod opponat. Eo autem minus diplomatis substantia falsa videri debet, quod auctor Gestor.

<sup>a</sup> Exstat hæc charta apud Mabillonem, in *Annal. ord. S. Benedicti*, tom. II, pag. 697; *Eccardum, Orig. Habsburg.* pag. 402; *Bouquetum*, tom. V, pag. 705, et apud Schœpflinum, *Alsat. diplom.* tom. I, pag. 35, sed omnes vitiose.

<sup>b</sup> Id est, generaliter omnes regis agentes, unde orta est formula Gallica: *Les gens de nos cours.*

<sup>c</sup> Intelligit sane diploma anni 759, num. 21.

<sup>d</sup> Idem ac Wulmarus qui chartas Pippini scripsit

videntia rex Francorum. Si liberalitatis nostre munere locis Deo dicatis quiddam conferimus beneficii, et necessitates ecclesiasticas ad petitiones sacerdotum nostrorum relevamus juvamine, atque regali tueamur munimine, id nobis et ad mortalem vitam temporalem transigendam, et ad eternam felicitatem obtinendam, profuturum liquido credimus. Proinde noverit omnium fidellum nostrorum tam presentium, quam futurorum sagacitas, quia vir venerabilis <sup>a</sup> Wiomadus sancte Trevirensis ecclesie archiepiscopus obtulit obtutibus nostris preceptum anteriorum regum Francorum, in quo erat insertum quod predecessores nostri, videlicet Francorum, omnes res, quasunque boni et sancti viri pro divine contemplationis intuitu ad partem sancti Petri Trevirensis ecclesie relegaverunt, suorum auctoritatibus confirmaverunt, quatenus eorum regnum superno auxilio tueretur, et postmodum cum Christo rege regum regnarent in celis. Pro rei firmitate vero idem prefatus presul Wiomadus postulavit celsitudinem nostram, ut paternum, seu predecessorum regum, morem sequentes, hujuscemodi nostre auctoritatis preceptum ob amorem Dei et reverentiam sancti Petri de eisdem rebus fieri juberemus; cujus petitioni libenter consensum prebuimus, et hoc nostre auctoritatis preceptum erga ipsam ecclesiam pro divini cultus amore, et anime nostre remedio, fieri decrevimus, per quod precipimus atque jubemus, ut omnes facultates vel res ad ecclesias sancti Petri Treverice urbis pertinentes, scilicet cellam sancti Maximini, que in territorio sancti Petri principis apostolorum constructa, et ecclesias sancti Paulini et sancti Eucharri, et monasterium sancte Marie, quod dominus Modoaltus pontifex eidem ecclesie in territorio sancti Petri a fundamento construxit, quod vocatur Orca, et ecclesiam sancti Martini <sup>b</sup> in pago Ambitivo constructam, et ceteras basilicas, castella, vicos, villas, vineas, sylvas, homines, et quidquid Deo donante ad eandem ecclesiam deinceps augmenti citra Rhenum et Ligerum fluvium, in regno nostro sistencia, omnia, sub jure et potestate sancti Petri Trevirensis ecclesie ejusque pontificis perpetualiter mancipata permanent. Preterea pari modo statuimus, ut nullus ex publicis iudiciis, vel aliquis ex judiciaria potestate

Trevir., cap. 39, edit. Leibniz., de re ipsa sic scribat: « Preceptum tamen regie auctoritatis (Weomadus) ab eodem Pipino super cellam sancti Maximini et aliis rebus Ecclesie Trebirensis obtinuit, et a Carolo Magno Pipini filio; quod qui scire voluerit, invenire poterit. » Fit deinde Pipiniani hujus mentio in precepto Ludovici regis an. 902.

<sup>a</sup> Wiomadus... archiepiscopus. Archiepiscopi nomen ante sæculum novum in Occidente rarissimum, suspitione non caret. Vid. Mabill. de Re dipl., lib. II, c. 2, n. 3. Wiomadum autem eo jam tempore Trevirensi præfuisse, minime dubitandum. Immediatus ejus decessor Milo jam circa annum 753 inter vivos esse desiderat. Vid. Mabillon. Annal. Benedict., tom. II, lib. xxii, n. 74; Eckhard., Rer. Francicar. lib. xxiii, n. 126. Adde Testamentum sancti Salvatoris an. 762, not. f. Fuera Weomadus ante sancti

<sup>A</sup> in monasteria, ecclesias, castella, vicos vel agros loca, seu reliquas possessiones predictæ ecclesie tam ultra quam juxta Rhenum vel Ligerum fluvium, in pagis vel territoriis, infra potestatem regni nostri, memorata possidet ecclesia, vel que deinceps in jure ipsius sancti loci voluerit divina pietas augeri, ad causas audiendas, vel freda aut tributa, aut conjectos aliquos exigendos, aut mansiones vel parratas faciendas, aut sivejussores tollendos, aut homines ipsius ecclesie distringendos, neque injustas exactiones requirendas, vel theloneum exigendum, nostris et futuris temporibus ingredi audeat, vel ea, quæ supra memorata sunt, penitus exigere nequaquam presumant; sed liceat memorato presuli suisque successoribus omnia prefata monasteria, villas, <sup>B</sup> vicos et castella cum suis adjacentibus, integram perpetuo tempore, pro remedio anime nostre seu parentum nostrorum, quieto ordine possidere, et nostro fideliter parere mandato, atque pro incolumitate nostra et conjugis, ac prolis, seu etiam totius regni, a Deo nobis collati, et ejus clementissima miseratione per immensum conservandi, una cum clero et populo sibi subjecto, immensam clementiam jugiter exorare. Et quidquid de prefate rebus ecclesie jus fisci exigere poterat, integrum eidem concessimus ecclesie, scilicet ut perpetuo tempore ei ad peragendum Dei servitium, augmentum et supplementum fiat. Hanc itaque auctoritatem nostri precepti, ut pleniorum in Dei nomine obtineat vigorem, et a fidelibus sancte Dei ecclesie, et nostris videlicet presentibus et futuris temporibus verius credatur, et diligentius a successoribus nostris conservetur, ea manu propria subter firmavimus, et annuli nostri impressione signari jussimus.

Signum Pipini percellentissimi regis. Ego Joseph subdiaconus ad vicem Wulfart recognovi. Data xv kalendas Julii, indictione 13, anno nono regnante inclyto rege.

Actum Tulpiacko in Dei nomine feliciter, amen.

### XXIII.

*Diploma Pippini regis, quo villam Tinningen<sup>c</sup> Fuldensi ecclesie donat (anno 762).*

(Apud D. Bouquet, tom. V, ex Schannato.)

Pippinus rex Francorum vir iuluster. Nihil. ut ait Apostolus, in huic mundum intulimus nec dubium

<sup>D</sup> Maximini abbas.

<sup>b</sup> In pago Ambitivo. Browerus in Annal. Trev., lib. vii, n. 197, legit *Ambitarino*, sed nec sic quidem proprii pagi habebitur significatio. Rectius itaque infra in diplomate Carolino de anno 773 nominatur *ecclesia sancti Martini in pago Meginense*, quæ est hodierna collegiata ad sanctos Martinum et Severum monasterii Meinfeldæ.

<sup>c</sup> Ex autographo sigillum avulsam est. Cæterum quam ampla fuerit hæc possessio, discimus ex veteri membrana, quæ sic habet: « In villa Tinninga, quæ in Suvevia sita est, quando eam Pippinus sancto Bonifacio tradidit repertæ sunt: familiæ 23 et dominicales hubæ L. jura 500, de pratis ad carradas 400, equi 52, pulli 54, equi indomiti 80, vaccæ 58 cum vitulis 55, oves 200, porci 90, lidicum hubis suis 27, molendinaria 9, ecclesiæ 3, cum hubis suis. »

quin nihil ex eo quicquam nobiscum auferre poterimus, nisi quod ob animæ salutis devota mente locis sanctorum, Deo inspirante, impertire videmur: ergo cognoscat magnitudo seu industria vestra, quod nos propter nomen Domini vel æterna retributione donamus a die præsentis ad monasterio noncupante Fulda qui est constructus in honore sancti Salvatoris quem sanctus Bonifacius novo construxit opere, ubi ipse præciosus martyr corpore requiescit, quin potius promptissima devotione tradimus villa, qui dicitur Thininga, sitam in pago Rezi super fluvio qui vocatur Agira cum omni integritate, quicquid ad ipsa villa aspicere vel pertenerre videtur, id est tam terris, mansis cum hominibus comnantes, mancipys, silvis, marcas vel fines, campis, pratis, pascois, aquis aquarumve decursibus, mobilibus et immobilibus præsidys quibuslibet adjæcentys totum et ad integrum, ut diximus, a die præsentis ad ipso monasterio sancti Salvatoris ubi ipse præciosus martyr sanctus Bonifacius corpore requiescit, super fluvio Fulda, per hanc seriem traditionis pro mercedis nostræ augmentum donamus perpetualiter ad possedendum, ita ut ab ac die rectores ipsius monasterii, ipsa villa qui dicitur Tininga cum omnibus adjæcentys vel appendicys suis ad profectum ipsius Ecclesiæ eam teneant et possideant, et usque in perpetuum eis proficiat in augmentum; et ut hæc auctoritas firmior habeatur, vel per multa tempora melius conservetur, subter eam firmavimus vel de anulo nostro sigillavimus.

Signum † Pippino gloriosissimo rege.

Hithierus in vice Baddilone, data in mense Junio, anno nono regni nostri. Actum Atiniago palacio publico.

#### XXIV.

*Testamentum sancti Salvatoris, quod Pipinus rex fieri jussit abbatix a Prumiensi (anno 762).*

(Apud Honthelm, Hist. Trevir.)

Pipinus rex Francorum vir illustris. Quia divina nos providentia in solum regni venisse manifestum est, oportet ea in Dei nomine exerceri, in quibus potius gratiam, atque voluntatem Altissimi consequi valeamus. Meminimus enim ipsius Evangelii, in quo ait: qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse introibit in regnum cælorum. Et quia reges ex Deo regnant, nobisque gentes et regna pro sua misericordia ad gubernandum commisit, providendum, ut et sublimes rectores simus inopibus, et pauperes pro amore Christi regnare atque educare non negligamus. Deus etenim Moysi legislatori tabernaculum

A propitiatorii ordinare præcepit; Salamonem quodque regem templum in nomine ipsius ædificatum, æcimus auro lapidibusque exornasse. Nos enim, quamvis non ita magna eisdem exæquare valcamus, tamen, quod facilius possumus, ex propriis facultatibus quas habemus, Domino cooperante, eidem offerre desideramus, quia nihil, ut ait Apostolus, in hunc mundum intulimus, nec, quia ex eo quidquam efferre poterimus, sed illud ad animæ salutem credimus proficere, quicquid devota mente de rebus transitoriis Domino videmur distribuere. Igitur dum notum est omnibus tam propinquis, quam exteris nationibus, nos et conjugem nostram Bertradam in amore sancti Salvatoris, nec non et sanctæ Dei genitricis Mariæ, atque beatorum principum apostolorum Petri et Pauli, vel sancti Joannis Baptistæ, seu martyrum sancti Stephani, Dionysii et Mauritii, et confessorum Martini, Vedasti, atque Germani, monasterium in re proprietatis nostræ ædificare, quod est positum infra terminos Bidense atque Ardennæ, <sup>b</sup> ubi rivulus qui dicitur Berdenbach, ingreditur in Prumiam, in ipsius vero monasterii ecclesia de sandaliis Domini nostri Jesu Christi, nec non ipsius genitricis Mariæ cæterorumque sanctorum, quorum jam supra fecimus mentionem, visi fuimus recondere reliquias, atque ibidem constituimus monachos, qui sub sanctæ conversationis norma, vel secundum præcedentium Patrum . . . debeant omnino exerceri, quatenus, ut qui monachi solitarii nuncupantur, de perfecta quiete valeant duce Domino per tempora exultare, et sub sancta regula viventes et beatorum Patrum vitam sectantes pro statu Ecclesiæ et longævitate regni nostri, nec non ut uxore et filiis nostris populoque catholico, Christo præseule debeant plenius Domini misericordiam exorare. Providendum est tamen, ut dum a nobis pro amore Christi ipsum monasterium a novo opere constat esse fundatum, qualiter pertractemus, qualiter deinceps sacerdotes atque monachi, qui ibidem aderunt, vivere vel consolationem atque tranquillitatem habere debeant, et nequaquam dispersis ovibus pastor inveniat, qui gregem suum providendum commisit nobis, sed adjuncti simul possint Deo omnipotenti diu noctuque laudes referre. Idcirco inspirante nobis superna gratia donamus pariter et ego et conjux mea Bertrada ad ipsum sacratissimum locum, quem in honore sancti Salvatoris vel sanctæ Mariæ construximus, res proprietatis nostræ <sup>c</sup> in pago Charos, villa quæ dicitur Rumeresheim, tam illam portionem quæ de genitore meo Carolo mihi advenit, quam et illam

<sup>a</sup> Prumia a Pronæo rivo in Arduennæ limite, amica stirpi Carolinæ sedes, et non tam ob loci opportunitatem quam eximiam monasticæ disciplinæ claritatem expetita quondam, et ab omnium ordinum hominibus frequentata, longe aliis antecelluit, sive dignitatem spectes religionis, sive doctissimorum et cætera celebrium virorum ibidem professorum famam, sive demum veteris potentis amplitudinem et adhuc perdurantem principalem dignitatis splendorem. Conf. diploma Bertradæ ad ann. 721, ubi prima celebris monasterii fundamenta (*Patrologiæ tomo LXXXVIII, col. 1274*).

<sup>b</sup> Ubi rivulus qui dicitur Berdenbach, ingreditur in Prumiam. Pronæa et Nemesis (*Prüm et Nims*) Ausonio in *Mosella.*, vers. 354, celebrati amnes, in Eifliæ exorti montibus inde velut jugales, exiguo secreti intervallo, feruntur, donec a Sura in familiam cooptati, communes cum eo aquas in Mosellam devolvunt.

<sup>c</sup> In pago Charos. Hunc pagum ex Alex. Willthelmii ms. describit Papebrochius append. 3 ad Henschenii Exegesisin de Episc. Tungr. et Trajecten.

portionem ipsius Bertradae, quam genitor suus Heribertus ei in dote dereliquit, cum appendiciis, vel omni integritate sua, præter aliqua mancipia his nominibus: Wudramno, Arnulpho, Crodoaldo, Wanulfo, Ghiorino, Chrodramno, Wulfrido, Tancrado, Adalberto, Beringhiso, Offredo, Matalfredo, Walfredo, Madalfredo, Airoino, Arefredo, Adalivo, Umnelin de Bertelinde, Guaberto, Harelinde, Wnilde seu Charde, Sigfrido, Ratleo, Dulodulfo et Lufo, Mulfo, Rätgar de Gerolinde, Hildoarance, Wineade, Aznarane, Apelinde, Magnelinde, Zebelinde. Hæc igitur mancipia ad nostrum opus retinuimus, in reliquo vero ipsam villam cum omni integritate sua ad ipsum sanctum locum tradimus atque transfundimus, in-cujus termino ipsum monasterium sancti Salvatoris est fundatum, et illam mansionem super Prumiam, ubi rivulus qui dicitur Escutmishbach, confluit in Prumiam, qui est constructus super terminum prædictæ villæ. Similiter donamus ad jam dictum monasterium in pago Muslinse, super fluvium Mosellæ, villas nostras his nominibus Meringum (*Mering*), Scoacum (*Schweich*), a una cum merito et terminis vel appendiciis suis. Donamus et villam nostram in pago Bidense, quæ dicitur Marciaco (*Mertich*), una cum meritis et appendiciis suis. Similiter donamus ad ipsum monasterium villam nostram in pago Eflinse Sarabodis (*Sarensdorph*) villa una cum soliditate, terminis atque appendiciis suis, sicut a Garaberto possessa fuit. Tradimus alia duo loca in Carasco ad idem monasterium Wathit-Lendorp et Birgisburias cum omnibus adjacentiis suis et appendiciis. Similiter donamus in pago Riboariensi illam portionem in Regimbach (*Reimbach*), quam vasallus noster Aglibertus per beneficium habuit et genitor meus Carolus mihi reliquit in allodem, et illam aliam portionem in ipsa villa, quam Heribertus uxori meæ Bertradae in allodem dimisit. Confirmamus etiam ibidem et illas res, quæ antea ad ipsam ecclesiam per instrumenta chartarum ibidem delegatæ fuerunt, cum omni integritate earum. Tradimus igitur ad ipsum sacratissimum locum superius comprehensum cellam jure proprietatis nostræ in pago Spirensi, quæ est constructa in honore sancti Medardi, cum villis et appendiciis suis, quem Herlibandus et Weolentio, nec non Bagulfus mihi tradiderunt, totum et ad integrum, tam ecclesiæ ministeria, quam et alias res ibidem pertinentes. Donamus etiam ad ipsum monasterium cellam aliam, quæ dicitur Casleoca, quæ est posita infra terminos Senciaco, et est in honore sancti Petri constructa, cum omnibus adjacentiis vel appendiciis suis. Confirmamus igitur et tertiam cellam ad ipsum sanctum locum, quæ di-

<sup>a</sup> Una cum merito, id est, redditu, proventu. Du Cang. in Glossar. hac voce.

<sup>b</sup> Abbas nomine Assuerus. Wandelbertus, Prumiensis scriptor, his temporibus suppar, in Actis sancti Goaris reliquit, Assuarium, primosque cœnobii Prumiensis habitatores, fuisse Romanæ linguæ et gentis, hoc est, quod eruditi omnes intelligunt, quodque acta D. Goaris clarissime ostendunt, Gallos.

<sup>c</sup> De congregatione domini Romani et Wolfranni

A citur Ruivinio in pago Lomense super fluvium Mosæ, quæ constructa est in honore Sanctæ Mariæ, cum omni merito et appendiciis suis. Ea videlicet conditione suprascriptas res, tam villas, quam et cellas, cum omni integritate eorum ad ipsum monasterium confirmamus, id est, una cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, sylvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarum decursibus, mobilibus et immobilibus, pecuniis, peculiis utriusque sexus, greges cum pastoribus, omnia et ex omnibus, a die præsentis, et deinceps, absque ullius impedimento, omni tempore suprascriptæ res ad ipsum monasterium jam sæpeditum sancti Salvatoris proficiant in augmentis. Ita tamen volumus, ut ipsam monasterium sancti Salvatoris, seu res quæ ad ipsum monasterium B pertinent, tam quæ ex auctoritate nostra sunt confirmatæ, quam quæ a Deum timentibus inantea fuerint collaturæ, in nostra sint potestate vel defensione seu hæredum nostrorum, et ipsa congregatio, quam in ipsum monasterium intromisimus, seu et <sup>b</sup> abbas nomine Assuerus aut successores ejusdem, dum sub sancta regula ibidem Deo auxiliante militare voluerit. Nos de alia congregatione abbatem, nec monachum contra nostram ordinem non intromittimus, nec hæredes nostri. Et quia ipsum monasterium ab omni secularium cura securum esse volumus, oportet ut nostræ clementiæ provisio de futura quiete fratrum ibidem manentium salubri disponat ordinatione, quatenus in Dei servitio gratia ejus suffragante perseverent. Nos etiam ex auctoritate nostra vobis concedimus, ut <sup>c</sup> de congregatione domini Romani et Wolfranni episcoporum, quos in hoc cœnobio sancti Salvatoris congregavimus, quando abbas de hac vita migraverit, una cum consensu nostro et vestro abbatem de ipsa congregatione vobis regulariter eligere debeatis. Et ut vos pro remedio animæ nostræ et conjugis prolisque nostræ et successorum nostrorum, et pro stabilitate totius imperii a Deo nobis concessi et ejus gratuita misericordia in æternum conservanda perenniter Domini Salvatoris nostri Jesu Christi misericordiam implorare delectet, atque in ipsius laudibus die nocteque perseverare, et remotis temporalium meditationibus, supernorum gaudiorum contemplationi mente libera intendere, D præcipimus, ut nulla præjudicia atque gravamina a nullo episcoporum seu secularium inferantur, et hæredes nostri per nullas artes dum ipsi monachi regulariter et fideliter a parte nostra vel hæredum nostrorum, ibidem conversare videntur, hæredes nostri ipsos in cœnobio nostro protegant, sicut visi sunt. Deo auctore ipsum locum constituimus, sic usque in æternum inconvulsus permaneat, pro aug-

episcoporum. Romanus et Wolfrannus, episcopi Meldenses unus post alterum fuerunt, et regularem disciplinam in monasterium sanctæ Crucis seu sancti Faronis infra Meldensem urbem ad fluvium Matronam (*la Marne*) introduxerunt, unde illius congregatio nomen a reformatoribus hisce accepit; et primi monachi Prumienses ex hoc Meldensi cœnobio advocati sunt.

mento animæ nostræ, vel hæredum nostrorum. Et ut hæc autoritas nostra firmior habeatur, vel in perpetuum melius conservetur, manu propria decrevimus roborare. Ego Pipinus et conjux mea Bertrada. Signum † Caroli filii mei consentientis. Sig. † Carolimanni filii sui consent. Signum † Genebaudi episcopi. Signum † Gaurleni episcopi. Signum † Fulcarii episcopi. Signum † Adalfredi episcopi. Signum † Wulfranni ep. Signum † Megingaudi episc. Signum † Bertelini episcopi. Signum † Basini epis. \* Signum † Wiemadi epis. Signum <sup>b</sup> Droconi comit. Signum Theodardi comit. Signum Warini comit. Signum Welanti comit. Signum Bangulfi comit. Signum Gerhardi comit. Signum Troanie comit. Signum Waltarii comit. Signum Herloini comit. Signum Warini comit. Signum † Gumberti comitis. In Dei nomine Bradilo [Badilo] recognovit et subscripsit. Acta mense Augusti die 13, anno 11 regnante Pipino glorioso rege. Actum <sup>c</sup> Trisgodros villa publica in Dei nomine feliciter, amen.

## XXV.

*Pippini regis diploma pro constructione et dotatione monasterii Prumiensis (anno 762).*

(Ex Mabill., *ibid.*)

Pippinus rex Francorum, vir illustris. Quia divinam nos providentiam in regni solium unxisse manifestum est, oportet ea in Dei nomine exerceri, in quibus potius gratiam atque voluntatem Altissimi consequi valeamus. Meminimus enim ipsius evangelii, in quo ait: *Qui facit voluntatem Patris mei, qui est in cælis, ipse introibit in regnum cælorum.* Et quia reges a Deo regnant, nobis gentes et regna pro sua misericordia ad gubernandum commisit, providendum ut et sublimes rectores simul in opibus, et pauperes pro amore Christi gubernare atque educare non negligamus. Deus etenim Moysi legislatori tabernaculum propitiatorli adornare præcepit; Salomonem quoque regem templum in nomine ipsius ædificatum scimus auro, lapidibusque exornasse. Nos enim, quamvis non ita magna iisdem exæquare

A valeamus, tamen quod facilius possumus, ex propriis facultatibus, quas habemus, Domino cooperante, eidem offerre desideramus, quia *nihil, ut ait apostolus, in hunc mundum intulimus, nec dubium, quia ex eo quidquam offerre non poterimus: sed illud tantum ad animæ salutem credimus proficere, quidquid devota mente de rebus transitoriis Domino videmur distribuere.* Igitur dum notum est omnibus, tam propinquis, quam exteris nationibus, nos et conjugem nostram Bertradam in amore sancti Salvatoris, necnon et sanctæ Dei genitricis Mariæ, atque beatorum principum apostolorum Petri et Pauli, vel sancti Joannis Baptistæ, seu et martyrum sanctorum Stephani, Dionysii et Mauricii, atque confessorum Martini, Vedasti atque Germani, monasterium in re proprietatis nostræ ædificare, quod est positum infra terminos Bidense (*Bidburg*), atque Arduennæ, ubi rivulus, qui dicitur *Berdenbach*, ingreditur in Prumiam. In ipsius vero monasterii ecclesia de sandaliis Domini nostri Jesu Christi, necnon ipsius genitricis Mariæ, exterorumque sanctorum, quorum jam supra fecimus mentionem, visi fuimus recondere reliquias, atque ibidem monachos constituimus, qui sub sanctæ conversationis norma, vel secundum præcedentium patrum debeant omnino exerceri, quatenus ut qui monachi solitarii nuncupantur, de perfecta quiete valeant duce Domino per tempora exsultare, et sub sancta regula viventes, et beatorum Patrum vitam sectantes, pro statu Ecclesiæ atque longevitate regni nostri, necnon et uxore et filiis nostris, populoque catholico Christo præsule debeant plenius Domini misericordiam exorare. Providendum est tamen, ut dum a nobis pro amore Christi ipsum monasterium a novo opere constat esse fundatum, qualiter tractemus, qualiter deinceps sacerdotes atque monachi, qui ibidem aderunt vivere, et consolationem atque tranquillitatem habere debeant, et nequaquam dispersis ovibus pastor inveniat, qui gregem suum providendum commisit nobis, sed adjuncti simul pos-

\* Signum *Wiemadi episc.* Non dubito quin sit *Wiomadus Trevirensis noster archiepiscopus.* Hic enim anno proximo 763 jam in Trevirensi cathedra sedebat. Cum enim Cancro Rheni comes, ejusque mater Willisvinda, Ruotgangi seu Chrodegangi Mediomaticum episcopi, eorum consanguinei auspiciis, cœnobii Lauresheimensis initia, haud procul Wangionibus, molirentur, tabulas eo ipso anno IV Idus Quintiles conditas in Tolneri Cod. Diplom. Palat. pag. 2 exstantes, ita *Wiomadus cum Alberico ac Joanne episcopis ratis habuit: Ego Wiomadus [corrupte editum, Automadus] Trevirorum episcopus subscripsi.* Serius igitur venire videtur *Browerus Annal. Trev. lib. vii, n. 189,* cum *Weomadi initia ad annum demum 767 refert.* Reliqui episcopi qui sua signa apposuere, sunt *Genebaudus Laudunensis, Gaulonus Cenomanensis, alias et Gauzlenus dictus; Fulcarius Tungrensis, Adalfredus Noviomensis, Wulfrannus Meldensis, Megingaudus Wirceburgensis; Berthelinus Coloniensis, Basinus Spirensis.* Ex celebri tot episcoporum et comitum præsentia conciliendum, Pippinum hos convocasse, ut consilia eorum acciperet in rebus magni momenti; ad solam enim dotationem confirmandam ii non requirebantur.

<sup>b</sup> *Droconi comitis, etc. Droco comes pagi Moingori*

fuisse videtur, cujus Ludovicus imp. meminit tanquam jam defuncti in diplomate anno 1 imperii dato, quod *Chronicon Laureshamense recenset. Warinus comes pagi Lobodunensis fuit, et mentio ejus sit in traditione Fuldensi xxi, anno 12 regni Pippini data.* Alter *Warinus est collega Ruthardi comitis et exactor cameræ regius in Alamania. Gumbertus forte est Cunibertus comes pagi Wormatiensis in traditione Fuldensi anni 779 memoratus. Waltarius is esse potest quem Wandelbertus lib. de Miracul. S. Goaris, cap. 9, hominem secundum sæculum nobilem vocat, et suo tempore superstitem adhuc fuisse testatur.* Curatiores hæc disquisitiones horum comitum debentur industriae ill. Eckharti, *Rer. Francic., lib. xxiv, n. 65.*

\* *Trisgodros villa publica.* Quamvis varii sint qui de palatiis regum et imp. necnon de eorum villis publicis scripserint, omnium vero luminibus obstruxerit reverendiss. abbas *Besselius Chron. Gottwicens, lib. iii, nullus tamen eorum villam Trisgodros observavit.* Putavi aliquando legendum *Trichorio.* Eckhart, l. cit., suspicatur *Arisgodios* scriptum fuisse, ut intelligatur *Arescotum, Prumia* non adeo procul distans.

sent Deo omnipotenti diu noctuque laudes referre. Idcirco, inspirante nobis superna gratia, donamus pariter, ego et conjux mea Bertrada ad ipsum sacratissimum locum, quem in honore sancti Salvatoris vel sanctæ Mariæ construximus, res proprietatis nostræ in pago Chorosvilla, quæ dicitur *Rumeresheim*, tam illam portionem, quæ de genitore meo Carolo mihi advenit, quam et illam portionem ipsius Bertradæ, quam genitor suus Heribertus ei in dote dereliquit, cum appendiciis, omni integritate sua, præter aliqua mancipia. Hæc igitur mancipia ad nostrum opus retinimus, in reliquo vero ipsam villam cum omni integritate sua ad ipsum sanctum locum tradimus atque transfundimus, in cuius termino ipsum monasterium sancti Salvatoris est fundatum; et illam mansionem super Prumiam, ubi rivulus, qui dicitur *Escutmisbach*, confluit in Prumiam, qui est constructus super terminum prædictæ villæ. Similiter donamus ad jam dictum monasterium in pago Muslinse super fluvium Mosellæ villas nostras his nominibus, *Meringum* (*Mering*) et *Sacocum* (*Schivach*), una cum meritis et terminis vel appendiciis suis. Donamus et villam nostram Bedense, quæ dicitur *Marciaco* (*Merthschb*), una cum meritis et appendiciis suis. Similiter donamus ad ipsum monasterium villam nostram in pago Eiflinse Sarabodis villa (*Sarensdorff*), una cum soliditate, terminis atque appendiciis suis, sicut a Garaberto possessa fuit. Tradimus alia duo loca in Carasio ad idem monasterium *Wathilindorff* et *Birgisburias* cum omnibus adjacentiis suis et appendiciis. Similiter donamus in pago Biboariensi illam portionem in *Reginbach* (*Rheimbach*), quam vasallus noster Aglibertus per beneficium habuit, et genitor meus Carolus mihi reliquit in alodem; et illam aliam portionem in ipsa villa, quam Heribertus uxori meæ Bertradæ in alodem dimisit. Confirmamus etiam ibidem et illas res, quæ antea ad ipsam ecclesiam per instrumenta cartarum ibidem delegatæ fuerunt, cum omni integritate earum. Tradimus igitur ad ipsum sacratissimum locum superius comprehensum cellam jure proprietatis nostræ in loco, qui dicitur *Altrepio*, super fluvium Rheni, in pago Spirensi, quæ est constructa in honore sancti Medardi, cum villis et appendiciis suis, quem Herlibandus et Wiolentio, necnon Bagulfus mihi tradiderunt, totum et ad integrum tam ecclesiæ ministeria, quam et alias res ibidem pertinentes. Donamus etiam ad ipsum monasterium cellam aliam, quæ dicitur *Gasteaco*, quæ est posita infra terminos Senciaco, et est in honore sancti Petri constructa, cum omnibus adjacentiis vel appendiciis suis. Confirmamus igitur et tertiam cellam ad ipsum sanctum locum, quæ dicitur *Ruivinio*, in pago Lomense super fluvium Mosæ, quæ constructa est in honore sanctæ Mariæ, cum omni merito et appendiciis suis. Ea videlicet conditione, supra scriptas res, tam villas quam et cellas, cum omni integritate eorum ad ipsum monasterium confirmamus, id est una cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, silvis, campis,

A pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, mobilibus et immovilibus, pecuniis, peculiis utriusque sexus, greges cum pastoribus, omnia et ex omnibus a die præsentis et deinceps, absque ullius impedimento, omni tempore supradictæ res ad ipsum monasterium jam sæpe dictum sancti Salvatoris proficiant in augmentis, ita tamen volumus, ut ipsum monasterium sancti Salvatoris, seu res quæ ad ipsum monasterium pertinent, tam quæ auctoritate nostra sunt confirmatæ, quam a Deum timentibus inantes fuerint collaturæ, in nostra sint potestate, vel defensione, seu hæredum nostrorum; et ipsa congregatio, quam in ipsum monasterium intromisimus, seu et abbas nomine Assuerus, et successores ejusdem, dum sub sancta regula ibidem Deo auxiliante militare voluerunt, nos de alia congregatione ibidem abbatem, nec monachum contra nostrum ordinem non intermittimus, nec hæredes nostri. Et quia ipsum monasterium ab omni sæcularium cura securum esse volumus, oportet ut nostræ clementiæ provisio de futura quiete fratrum ibidem manentium salubri disponat ordinatione; quatenus in Dei servitio, gratia ejus suffragante, perseverent. Nos etiam ex auctoritate nostra vobis concedimus, ut de congregatione domini Romani et Wolfranni episcoporum, quos in hoc cœnobio sancti Salvatoris congregavimus, quando abbas de hac vita migraverit, una cum consensu nostro et vestro abbatem de ipsa congregatione vobis regulariter eligere debeatis. Et ut vos pro remedio animæ nostræ et conjugis prolisque nostræ, et successorum nostrorum, et pro stabilitate totius imperii a Deo nobis concessi, et ejus gratuita misericordia in æternum conservanda perenniter Domini Salvatoris nostri Jesu Christi misericordiam implorare delectet, atque in ipsius laudibus die nocteque perseverare; et, remotis temporalium meditationibus, supernorum gaudiorum contemplationi mente libera intendere præcipimus, ut nulla præjudicia atque gravamina a nullo episcoporum seu secularium inferantur, et hæredes nostri per nullas artes, dum ipsi monachi regulariter et fideliter a parte nostra vel hæredum nostrorum ibidem conversare videntur, hæredes nostri ipsos in hoc cœnobio nostro protegant, sicut visi sunt, Deo auctore ipsum locum constituimus, sic usque in sempiternum inconvulsus locus permaneat pro augmento animæ nostræ vel hæredum nostrorum. Et ut hæc auctoritas nostra firmiter habeatur, et in perpetuum melius conserve- tur, manu propria decrevimus roborare. Ego Pippinus et conjux mea Bertrada. Sig. † Caroli filii consentientis. Sig. † Carolimanni filii sui consentient. Sig. † Genebaudi episcopi. Sig. † Gauloni episcopi. Sig. † Fulcarici episcopi. Sig. † Adalfredi episcopi. Sig. † Vulfranni episcopi. Sig. † Megingaudi episcopi. Sig. † Berthelini episcopi. Sig. † Basini episcopi. Sig. † Wiomadi episcopi. Sig. † Droconi comitis. Sig. † Theodardi comitis. Sig. † Warini comitis. Sig. † Welanti comitis. Sig. † Gangulfii comitis. Sig. † Gerhardi comitis. Sig. † Froamed. comitis.

Sig. † Waltharii comitis. Sig. † Horloini comitis. A Sig. † Gumberti comitis. Sig. † Raculfi comitis. Sig. † Warini comitis. In Dei nomine Bradilo recognovit et subscripsit. Acta mense Augusti, die 13, anno 11, regnante Pippino glorioso rege.

Actum Trisgodios villa publica in Dei nomine feliciter. Amen.

## XXVI.

*Diploma quo Pippinus rex confirmat monasterio Honaugiensi omnes suas possessiones (incerto anno).*

(Ex Mabill. Ann. ord. S. Bened.)

Pippinus rex Francorum, vir illuster, dominis sanctis et apostolicis ac venerabilibus in Christo Patribus, omnibus episcopis, abbatibus, seu illustribus ac magnificis viris, ducibus, comitibus, domesticis, vicariis, centenariis atque omnibus agentibus.

Rectum esse censemus, ut petitionibus sacerdotum, quæ ad profectum pertinent locorum sanctorum, ad effectum Christo præsule perducamus. Igitur in Christo Pater Dubanus episcopus vel abbas de monasterio Hohenaugia in pago Alsacense super fluvium Rhenum, quod est constructum in honore sancti Michaelis et sancti Petri et sancti Pauli vel cæterorum sanctorum, gloriosi regni nostri majestatem petiit, ut dum ipsum monasterium de collatione antecessorum nostrorum, vel de hominibus Deum timentibus adiutorem videtur esse constructum, nos omne corpus facultatum ejus, tam quod antecessores abbates ibidem laboraverunt, quam quod ipse Dubanus de rebus monasterii, quæ ibidem fuisse dindescuntur, visus est augmentasse, aut comparasse, et quod ab ipso sancto loco moderno tempore possidetur, per nostrum deberemus generaliter confirmare præceptum, quod nobis pro divino respectu vel mercedis nostræ augmento præstitisse vestra non dubitet magnitudo; etiam et privilegium ipsius monasterii, quod juxta institutionem priscorum Patrum et reliquorum episcoporum visi sunt meruisse, et quod per auctoritatem nostram, seu reliquorum de successoribus regibus antecessorum nostrorum adumbratum fuisse discitur, juxta quod antequam per priorem præceptionem nostram erga se prohibendi esset munitum, pro perenni stabilitate decrevimus roborare. Precipientes ergo præcipimus, ut omnes facultates ipsius monasterii, quicquid aut regia collatio, aut D privatorum munere vel antecessoribus abbatibus, vel Dubano episcopo vel abbate ibidem est legaliter acquisitum aut comparatum, imo quod de quibuscunque rebus rite attractum, quodcunque dominatio ipsius sancti monasterii Hohenaug undique moderno tempore de villabus, domibus, mancipiis, vineis, silvis, pratis, pascuis, aut de quibuslibet beneficiis cernitur cum æquitatis ordine possidere, per hanc auctoritatem suffultum absque cujuslibet illicitis controversiis inibi, tam præsentem quam futuro tempore Christo præsule proficiat in augmentum. Et undecunque ipsum monasterium usque nunc habuit concessum et usque hactenus conservatum, vel per

antecessores nostros reges circa se firmatum, ita et inantea, reseccatis quibuscunque superfluis inquietudinibus, suo ea ordine valeant in nostro sermone auxiliante Domino per tempora permanere, et vos et successores vestri, ubi necessitas fuerit in conditionibus ipsius monasterii, justum faciatis auxilium impertiri; ut melius delectet ipsam congregationem ipsius monasterii pro salute nostra vel stabilitate regni nostri Domini misericordiam jugiter exorare. Et ut hæc præceptio firma stabilitate subsistat, propria manu infra decrevimus roborare et de anulo nostro sigillare.

Signum † gloriosissimi domini Pippini regis.

Wulmarus jussus recognovit et scripsit.

## XXVII.

*B Immunitas abbatiæ Prumiensis per regem Pippinum concessa (anno 763).*

(Apud Hontheim, Hist. Trevir.)

Pippinus rex Francorum, vir illustris, omnibus episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, domesticis, vicariis, centenariis, vel omnes missos nostros discurrentibus. Maximum regni nostri augere credimus munimentum, si beneficia opportuna loca sanctorum, vel ecclesiarum benevola deliberatione concedimus, ac Domino protegente, et stabiliter perdurare confidentius.

Igitur noverit solertia vestra, qualiter nos ad monasterium, qui dicitur Prumia, quem nos in honorem sancti Salvatoris a novo construximus opere, ubi Assuerus abba præesse videtur, tale beneficium pro æterna retributione visi fuimus ibidem indulgisse, ut C in villas ipsius loci sancti, quas moderno tempore, aut nostro, aut cujuslibet munere habere videtur, vel quas deinceps in jure ipsius monasterii, ejusque rectoribus voluerit divina pietas ampliare, nullus iudex publicus, absque jussione nostra, vel hæredum nostrorum, aut causas audiendo, aut freda undique exigendo, quoquo tempore non præsumat ingredi: sed hoc ad ipsum monasterium ejusque rectoribus concessimus. Et sub emunitatis nomine sub tuitione vel defensione nostra seu hæredum nostrorum debeant quieti in Domino residere.

Statuentes ergo jubemus, ut neque vos, neque juniores, aut successores vestri, neque ulla publica judiciaria potestas, ullo unquam tempore in villas ubicunque in regna nostra ipsius monasterii Prumiensis aut regia, aut privatorum largitate collatas, aut qui antea fuerunt Christo propitio collaturas, ad audiendas altercationes ingredi, aut freda de quaslibet causas exigere, nec mansiones aut paratas, vel fidejussores tollere non præsumatis; sed quicquid exinde aut deservientibus vel ecclesiasticis hominibus, qui sunt infra agros, vel fines, vel supra terra prædicti monasterii commanentes, fiscus aut de freda, aut undecunque potuerat sperare, ex nostra indulgentia pro futura salute in luminaribus ipsiusmet suprascripti monasterii per manus agentium eorum proficiat in perpetuum, et quod nos propter nomen Domini, et animæ nostræ remedium, seu nostra sub-

sequenti progenie, plena devotione ad ipsum monasterium in honore sancti Salvatoris induximus, nec regalis sublimitas, nec cujuslibet judicium sæva cupiditas refragare tentet.

Et ut hæc auctoritas tam præsentis quam futuris temporibus inviolata, Deo adjutore, permaneat, manus nostræ subscriptionibus infra roborare decrevimus, atque annulo nostro sigillare jussimus.

Signum domini gloriosissimi regis Pipini. In Dei nomine Bernericas in vice Baddilonis recognovit, et subscripsit.

Data sub die tertio Nonas Augusti, anno duodecimo regnante domino nostro Pipino.

Actum a Massario palatio publico. In nomine Dei feliciter. Amen <sup>b</sup>.

## XXVIII.

<sup>c</sup> *Testamentum Heddonis episcopi Argentinensis, seu Charta foundationis et donationis monasterii Etenheimensis, die 13 Martii 763.*

(Apud Grandidier, *Hist. de l'Église de Strasbourg.*)

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Ego

<sup>a</sup> *Massario palatio publico.* Id est, *Marsana, Marsna* seu *Marna*, juxta Trajectum, non procul a fluvio Mosa, in pago et comitatu *Moselani* seu *Masau* inferiori, uno lapide a Trajecto ad Mosam, hodie *Merssen*. De quo latius Mabillon. de Re Dipl. lib. iv, p. 299. Chron. Gottwicen. Tom. prodrom. lib. iii, pag. 491.

<sup>b</sup> Confer simile privilegium Caroli Magni ad annum 775, *Patrol.* tomo XCVIII.

<sup>c</sup> Perit autographum hujus testamenti, quod initio sæculi duodecimi adhuc exstiterat. « Anno Domini incarnationis millesimo centesimo vicesimo primo, renovata est hæc charta et scripta a juniore Chunrado Ethenheimense monasterio abbate, indictione decima quarta. » Chartam sic renovatam et in membrana transcriptam ad rogatum Henrici Reiff abbatis, Arbogastus Elnhart canonicus ecclesie collegiate sancti Thomæ, iudexque et officialis curie Argentinensis die 7 Octobris 1457 a publico imperiali et curie episcopalis notario transcribi jussit, testibus vocatis recognovit, ac sigillo curie sigillare curavit. Unde hoc apographum taliter vidimatum plenam meretur fidem. « Sunt apographa, inquit Muratori in *Antiquit. Italiæ* mediæ ævi, tom. III, dissert. 34, pag. 34, quæ a peritis iudicibus olim probata fuerunt, aut a fideis notariis descripta ad nos venerunt, nullumque vitium in ipsis autographis ostendunt. Presto enim nobis sunt apographa ejus ponderis et auctoritatis, ut archetypi locum teneant. » Legitur hoc testamentum, sed minus correcte, apud Guillinannum, de *Episcopis Argent.*, pag. 106; Lunigium, *Spicilegii ecclesiastici* tom. III, pag. 866; Coimium, *Annal. eccles. Francor.* tom. V, pag. 643; *Eccardum, Origin. Habsburg. Austriacar.*, pag. 143; La Guillium, *Histoire d'Alsace, preuves*, pag. 16, et Schœpflinum, *Alsac. diplom.* tom. I, pag. 37. Schœpflinus, præter testamentum Heddonis, retulit totam chartam Arbogasti Elnhart, in qua inseritur. Illam adnotasse satis est ad testamenti sinceritatem probandam.

<sup>d</sup> Ad pedem Nigræ Sylvæ, ubi introitus est in vallem quæ dicitur Munsterthal, in finibus Brisgovie et Mortenaviæ.

<sup>e</sup> Hæc marca sita ad ortum estiu extremitate et dominio territoriali episcopatus Argentinensis. Quinam tunc limites hujus marce fuerint, non constat ex testamento Heddonis. Hodie autem intra limites ejus continentur hæc loca. Oppidum Etenheim in medio; versus orientem Dorlebach, Schweighausen, Mittel-

A in Dei nomine Eddo peccator, vocatus Argentinensis urbis episcopus, dum cognitum michi esset, qualiter antecessor noster dominus Wigerinus episcopus monasteriolum <sup>a</sup> in Nigra Sylva, <sup>b</sup> in Marcha Etenheim, in loco nuncupante <sup>c</sup> Monachorum Cella super fluviolo Undussa, de novo suo opere ædificavit in honore sanctæ Mariæ semper virginis, et sancti Joannis Baptistæ, sanctique Petri apostoli, et cæterorum sanctorum, et monachos ibidem congregasset et dedisset ad ipsum locum aliquid de rebus sanctæ Mariæ <sup>d</sup>; et nos postea invenimus ipsum monasteriolum antecessorum nostrorum negligentia desolatum <sup>e</sup>. Ideo placuit nobis per comiteatum Domini nostri Pippini gloriosi regis, ut monachos ibidem congregare deberem, qui secundum regulam sancti Benedicti <sup>f</sup> degere deberent: quod et ita feci et constitui ibidem abbatem virum reverentissimum nomine Hildolfum <sup>g</sup>. Dedimus etiam ad ipsum monasterium cum consensu gloriosi regis Pippini, atque fratrum, sive civium nostrorum in episcopatu degentium, in stipendium ipsorum monachorum quicquid de Ernusto dux conquisivimus loca denominata in pago Brisgavense <sup>h</sup>,

bach, abbatia Etenheimensis, ecclesia sancti Ladelini et Munchweyer. Versus occasum Grafenhausen, Cappel et Rust; versus septentrionem Orswihr, Altorf et Wahlburg; versus meridiem Etenheimweiler et Ringsheim.

<sup>i</sup> Cella hæc prius posita fuit in loco ubi nunc vicus Munchweyer a cella monachorum nomen suum Germanicum trahens, quem hodieum perluit fluviolus Undussa, sive Undis. Ex illo autem loco, ubi Wigerinus primam cellam fundaverat, transtulit Heddo in alium locum, ubi nunc consistit abbatia; a quo tempore, sive a nomine marce, sive a nomine renovatoris Etonis monasterium fuit nuncupata. Ecclesia abbatialis adhuc hodie beate Virginis in caelos assumptæ est sacra. Foundationem abbatie Etenheimensis ita describunt *Annales beati Frowini abbatis Engelbergensis* an. 1175 conscripti, quorum autographum exstat in abbatia Murensi. « *ccccxxi*. Eto primus Augiæ abbas, postea quoque Argentinæ episcopali ecclesie a Carolo promotus, non longe post sui nominis idem Etenheim cœnobium longe ante sua tempora constructum, atque alio vocabulo nuncupatum, sed tunc pene dilapsam ipse renovavit. » Hæc nobis ex ipso autographo descripta transmisit insignis operis hujus fautor perillustri vir Beatus Fidelis de Zurlauben, L. B. de Thurn et Gestelenburg, regiorum castrorum in Gallia marescallus, cui quoque debemus notas geographicas chartis nostris passim insertas, eas scilicet quæ Helvetiam spectant. Publicum hic perillustri viro et amico gratitudinis et amicitie refundimus monumentum.

<sup>k</sup> Id est, ex bonis sive redditibus ecclesie marce cathedralis Argentinensis.

<sup>l</sup> Inter Wigerinum et Heddonem episcopi Argentinenses fuere Wandelfridus et Aylidolphus, qui monachos eiecerunt, et fundati a Wigerino monasterioli bona ad ecclesiam cathedralem revocarunt.

<sup>m</sup> Primus igitur monasterii abbas fuit Hildolphus, non vero ipse Heddo, quem post Coimium, *Annal. ecclesiast.* tom. VI, pag. 187, abbatem per octo annos dicunt Gallie Christianæ editores, tom. V, pag. 865, illum confundentes cum Uthone quodam episcopo et abbate de monasterio Etenheim, qui vixit versus 830.

<sup>n</sup> Pagum Brisgavensem, qui est hodierna Brisgovia, a Mortenavia per fluviolum Bleichen distinctum describit Besselius, *Chronici Gottwicensis* lib. iv, tom. II, pag. 564.



scilicet prædium quod ipse Ernunust habuit in villa quæ dicitur Forcheim <sup>a</sup>, sive in Baldingen <sup>b</sup>, et in Roswilare <sup>c</sup>, atque in Welleagen <sup>d</sup>, et in Riegola <sup>e</sup>, vel quidquid ipse Ernunust in Alamania, vel in Mordunouwa vicus fuit possidere. Insuper et de rebus sanctæ Mariæ eisdem fratribus ibidem Deo servientibus concessimus cum licentia supradicti regis Pippini, et consensu omnium in episcopatu degentium oppidum Endingen <sup>f</sup>, cum omnibus quæ ad fiscum nostrum pertinere videntur, et in Burchheim <sup>g</sup>, et in Gruningen <sup>h</sup>, sive in Mordunowa <sup>i</sup>, in villa quæ dicitur Chipinheim <sup>j</sup>, et in Schopfheim, sive <sup>k</sup> in Mutberisheim <sup>l</sup>, quidquid ibidem acquisivimus. Ad hoc etiam concessimus eisdem monachis in villa quæ vocatur Rustum <sup>m</sup>, super ripam Reni sitam, potestatem infra Renum et Helzaha <sup>n</sup> fluvium, prata, piscinas, molendina faciendas, piscationes agere cum nostris piscatoribus, capturam etiam piscium cum sagena, in omnibus medietatem. Dedimus etiam in ipsa villa servum nostrum nomine Thulari, cum uxore sua nomine Eberhilde, et liberis suis et cum omnibus rebus suis ad præfatam cellam in perpetuum servitium; et in nostra civitate Strasburga curiam unam <sup>o</sup>,

<sup>a</sup> Vicus hodie existens prope oppidum Endigen in Brisgovia.

<sup>b</sup> Vicus etiam Brisgovix, ejusdem ab Endingen distantie.

<sup>c</sup> Hodie Rothweil, leucæ spatio a Brisaco distans.

<sup>d</sup> Hodie Wellingen, vicus in Brisgovia.

<sup>e</sup> Hodie Riegel, magnus Brisgovix vicus, quem aluit fluvius Elz.

<sup>f</sup> Hodie oppidum Endingen in Brisgovia, antiquum dynastarum Usealbergicorum patrimonium.

<sup>g</sup> Burckheim, oppidulum Brisgovix cum castello ad Rhenum, sesquileuca infra Vetus-Brisacum.

<sup>h</sup> Hodie Groningen, vicus leuca distans Brisaco.

<sup>i</sup> De Mordunowa pago ducatus Alemannie prope Rhenum inter Alsatiam et Brisgoviam, lege Besselium lib. cit., tom. II, pag. 690.

<sup>j</sup> Hodie Kippenheim, magnus marchionatus Badensis vicus, in dynastia Mahlbergensi. Jus patronatus ibi abbas Ettenheimensis alternatim exerceat cum marchione Badensi, cum quo etiam decimas dividit.

<sup>k</sup> Vel vicus Oberschoffen in marchionatu Badensi et dynastia Mahlbergensi, vel vicus vicinus Niderschoffen feudum episcopatus Argentinensis dominis de Franckenstein collatum.

<sup>l</sup> Vicus hodie Mittersen, situs in dominio principis Nassau-Usingen et in dynastia Lahrensi.

<sup>m</sup> Hodie vicus Ruest, feudum episcopatus Argentinensis possessum a dominis Boeckel de Boecklinsau. Jure patronatus ibi gaudet abbatia Ettoniana, quæ quoque decimas cum parochia partitur.

<sup>n</sup> Hodie flumen Brisgovix dictum Elz, versus oppidum Elzach in silva Marciana scaturiens.

<sup>o</sup> Curtis hæc in Strasburgo fuit domus cum horto in extremitate urbis, non procul a porta Lanionum, prope ecclesiam sancti Nicolai.

<sup>p</sup> Hausbergen prope Argentinam.

<sup>q</sup> Oppidum Ettenheim pertinet ad episcopum Argentinensem. Sed ibi jure patronatus et decimis omnibus fruitur abbatia. Donus insuper prope portam oppidi sita est in proprietate monasterii Ettenheimensis, vocaturque *Freyhoff*, id est, curia libera et immunis.

<sup>r</sup> Hodie Ruest. Ecclesia hujus vici adhuc sacra est sancto Petro ad Vincula.

<sup>s</sup> Hodie Epfich, magnus vicus Alsatix ad episcopum Argentinensem pertinens.

<sup>t</sup> Hodie oppidulum Bensfelden ad episcopum Argen-

cum mancipiis, quas Thengarius ibidem acquisivit, et de nostro beneficio habuit, et foris civitate unum ortum quem Magilindis cum filia sua Ercahinde habuit, et in villa Hugesperga <sup>p</sup> unum mansum ad Hospitale. Basilicas etiam quæ ad nostrum jus pertinere videbantur, scilicet; unam in Ethenheim <sup>q</sup> in honore sanctæ Mariæ, et aliam in Rustum <sup>r</sup>, supradicta villa in honore sancti Petri apostoli, et ex alia parte Reni in villa quæ dicitur Hephæka <sup>s</sup> in honore beatæ Mariæ, et in Beneveldim <sup>t</sup> basilicam sanctorum Sixti et Laurentii, cum duabus hubis, et omnem decimationem earum, quæ illis subdite videntur, in stipendium ipsorum monachorum concessimus, uti liberam earum pro utilitate eorum in omnibus habeant potestatem. Dedimus etiam in oppido Rubiaco <sup>u</sup> duas hubas cum casis suis, vineis, mancipiis infra scriptis, Wolfgero, Gantzfrido, Udahario cum uxore sua et liberis suis Landulfo, et Fanagulfo, et Blidulfo cum liberis suis, et in Marsalla <sup>v</sup> villa mediam patellam salis ad prædictam cellam in stipendium ipsorum monachorum. In Argoawe <sup>x</sup> etiam regione omnes basilicas et omnes decimas, scilicet in Spietz <sup>y</sup>, et in Seartilinga <sup>z</sup>, seu in Biberussa <sup>aa</sup> et in cæteris locis, quæ tinensem pertinens. Parochialis ecclesia adhuc extat in honore sancti Laurentii sacra.

<sup>u</sup> Ruffach, episcopatus Argentinensis in Alsatia oppidum, superioris Mundati caput.

<sup>v</sup> Marsal, Lotharingix oppidum, septem leucis Nanceio distans, ubi saline illis jam temporibus existerant, in quibus dimidiam patellam (*ane demi-pölle*). Heddo concessit abbatiæ Ettenheimensi. De antiquis Marsallæ salinis lege Calmetum, *Histoire de Lorraine*, tom. III, *dissertation sur les salines, et notice de la Lorraine*, tom. I, pag. 744.

<sup>x</sup> Argovia hic latius sumitur quam nostris temporibus: intelligitur enim hoc nomine omnis tractus ad Arolam (*Aare*) ad lacum usque Thunensem (*Lac de Thoun*). quousque hodierna Argovia non protenditur. Vide Besselium, *Chronici Gottwicensis tom. II*, lib. iv, pag. 547.

<sup>y</sup> Hodie Spiez, oppidulum cum arce egregia, quæ pertinet cum dominio oppiduli sub titulo baroniæ ad D. Albertum de Erlach, olim centurionem prætorianæ Helvetiorum legionis apud regem Christianissimum, postea vero Bernensium nomine præfectum in Gottsadt et Frutingen. Jacet autem Spiez ad partem meridionalem lacus Thunensis in territorio reipublicæ Bernensis. Olim fuerat diocesis Constantiensis, in superioris Argovix tractu. Hæc baronia primitus spectabat ad vicinos barones a Straellingen, qui simul erant domini in Scherzlingen, postea pervenit ad nobiles de Bubenber, de Diesbach, et denique anno 1516 ad nobiles de Erlach, quorum uni ramo adhuc est addicta. Vide historicum Helvetiæ Lexicon, auctore Leu, tom. XVII, pag. 400.

<sup>z</sup> Hodie Scherzlingen, alias Scherlingen, vicus ad Ararim fluvium, in superiori veteri Argovix tractu, loco quo Thunensis lacus in Ararim sive Arolam influit, uno quadrante leucæ ab oppido Thun, in præfectura Thunensi et ditone reipublicæ Bernensis. Jurisdictionem in Scherzlingen tenebat olim baro in Straellingen, cujus sedes in castro ejusdem nominis, nunc semidiruto supra oppidum Thun videbatur. Consule Leu *Helvetisches Lexicon*, tom. XVI, pag. 301.

<sup>aa</sup> Hodie vicus Biberisch, vel Bibersch, in veteri Argovix ad Aram fluvium tractu, nunc situs in ditone Salodurensi et præfectura dicta Kriegstetten. Consule eundem Leu, tom. IV, pag. 9 et 11.

nostræ ditioni subjacent, omnesque census, quos hactenus de illa terra in nostra potestate habuimus, eidem monasterio, ipsisque monachis ob honorem Domini nostri Jesu Christi et ejus piissimæ genitricis sanctæ Mariæ perpetuæ virginis, et sancti Joannis Baptistæ et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, omniumque Sanctorum, quorum memoria ibidem cottidie celebratur, pro mercedis æternæ vitæ augmento, vel pro pace totius provinciæ dedimus atque consignavimus, ut quidquid pro utilitate exinde monasterii vel ipsorum facere voluerint habendi, tenendi, donandi, faciendi liberam in omnibus atque firmissimam habeant potestatem. Has autem prædictas res et loca supra nominata, quæ præfatæ cellæ consignavimus, et quæ adhuc, Deo juvante, eidem cellæ acquirere potuimus, cum consilio supra dicti gloriosi regis Pippini et consensu omnium amicorum principumque ejus, constituimus atque perpetua lege censuimus satis sufficientes esse ad cottidianum stipendium triginta fratribus et eis cottidie servientibus, ut cenobialem vitam ducentes, atque regulæ sancti Benedicti in omnibus obedientes pro salute ac prosperitate regum, nec non pro omni christianitatis stabilitate, et religione semper eorum oratio in conspectu Dei non desinat flagitare. Si quis vero, quod fieri non credo, ut ego ipse aut aliquis de successoribus meis, vel quicumque contra hoc testamentum, quod ego bona voluntate fieri vel conscribere rogavi, venire, aut illud infringere voluerit, imprimis, si se de hac causa emendare noluerit, iram Dei et offensam sanctæ Mariæ et sancti Petri apostoli, et omnium sanctorum et poenas inferni experire pertimescat, et insuper sociante fisco auri libras decem, argenti que ponderis triginta libras ad illud monasterium persolvat, et quod repetit, nichil valeat evindicare. Et ut hæc epistola firma, seu hoc testamentum omni tem-

\* Testamentum tunc vocabatur omnis donatio, eive quævis charta, quod in donationis ac largitionis argumentum conscriberetur. Vide Ducange in Glossario, tom. VI, pag. 1100; Mabillonem de Re diplomat., lib. I, pag. 5, et le nouveau Traité de Diplomatique, tom. I, pag. 395. Diversis chartarum speciebus communicatum fuisse testamenti nomen probat Maffei, Ist. dipl. pag. 48. Testamenta regum, de quibus fit mentio in lege Ripuariorum, apud Bouquetum, tom. IV, pag. 247, nihil aliud sunt quam donationis diplomata. Hæc testamenti acceptio pluribus invaluit sæculis, et vel desinentis undecimi sæculi exempla supersunt.

† Conradus abbas, qui anno 1121 chartam hanc primus renovavit, adjectit falsam æram incarnationis: « Actum anno ab Incarnatione Domini septingentesimo nono. » Sed illam certe non habuit autographa charta, cum hæc æra tunc temporis non fuerit in usu. Posteriores hæc adjectiones nihil autographi detrahunt veritati. Id factis certis nixum esse probat Mabillon, de re diplomat., pag. 242. Hanc regulam admiserunt inter criticos severi, inter quos Lengletus, in Méthode pour étudier l'histoire, tom. II, pag. 390, edit. Paris. anni 1729, et in Dictionario encyclopedico, tom. IV, pag. 1019. Alias antiquis diplomatibus infensissimus.

‡ Chrodardus erat comes fisci, potens in Alsatia, Ortenavia et Brisgovia dynasta. Inter proceres Franciæ legitur Chrodardus in chartis Pippini regis pro

pore ratum permaneat, rogo atque humili prece exopto, ut successores mei facta nostra pro æternæ retributionis augmento, quæ auctoritate regia sunt confirmata, conservare dignentur incorrupta, si et ipsi velint, ut facta illorum maneant conservata, stipulatione subnixæ. Actum est hoc testamentum in civitate Argentinense tercio idus marcii, anno undecimo regnante Domino nostro Pipino glorioso Rege, et venerabili episcopo Eddone. Ego in Dei nomine Eddo peccator per misericordiam Deivocatus episcopus hoc testamentum a me factum relegi et subscripsi. Signum † Chrodardi comitis. In Christi nomine ego Remedius peccator et episcopus facta prioris mei Eddonis episcopi relegi, et consensi, et subscripsi. Ego Einhardus late rogatus scripsi et subscripsi.

## XXIX.

*Egidius vir illuster factus monachus Prumiensi monasterio insignem donationem facit (anno 764).*

(Apud Honthelm, Hist. Trevir.)

Dum fragilitas seu casus humani generis peritescit ultimum vitæ terminum subitanea transpositione, oportet, ut non inveniatur unumquemque imparatum, sed quicumque vult animarum salutem recipere, hoc oportet et congruit, ut de propriis rebus studeat redimere. Igitur ego in Dei nomine Egidius, pertractans casum humanæ fragilitatis, definivi, ut pro retributione æterna vel remissione peccatorum meorum veniam apud clementissimum Dominum in æterna beatitudine adipisci merear: dono donatumque perpetuo esse volo ad monasterium S. Salvatoris, quod est constructum in finibus Ardianæ super fluvium Prumiæ, ubi venerabilis vir Asuerus abbas et plurima turba monachorum videtur esse adunata, ubi ego comam capituli mei propter nomen Domini deposui: hoc est villas meas nuncupatas Caveniaco, Novavilla in pago Celmanico cum omnibus ap-

abbatia sancti Dionysii annorum 752, 753 et 759, apud Felibien, Preuves, pag. xxiv et xxviii, et apud Mabillonem, de re diplomat., pag. 491 et 493. Magna nobis suspicio est cum Schœpflino, Alsat. illust. tom. I, pag. 668 et 787, Chrodardum eundem fuisse ac Ruthardum sive Rodardum comitem Schwarzenensis, et Gengenbaccensis abbatiarum fundatorem. Aspera enim pronuntiatio per Ch. vetustis temporibus valde fuit usitata in nominibus propriis.

‡ Remedius fuit Heddonis in Ecclesia Argentinensi successor, qui privilegium prædecessoris sui subscripsit. Tum enim moris erat, notante Mabillone, de Re diplomat. lib. II, cap. 20, ut privilegia episcoporum ab eorum successoribus non novi privilegii concessione, sed sola sui scriptioe primariis apposita confirmarentur. Hunc usum probat ipsa charta Heddonis, qui successores suos rogat ut testamentum ejus confirmet. Probant denique innumera a quinto sæculo ad decimum tertium exempla allegata ab auctoribus du nouveau Traité de Diplomatique, tom. V, pag. 2-15. Inde male ex hoc testamento Remigium jam tunc fuisse ordinatum episcopum judicat Coitius, Annal. ecclesiast. tom. V, pag. 644, qui vel pag. 669 ejusdem tomi, et pag. 157 tom. VI, asserit Heddonem tunc jam suum abdicasse episcopatum.

§ In pago Celmanico. Id est, Cenomannico. Unde Martene et Durand. ad h. l. colligunt, Egidium fuisse Gallum, et forte Assueri primi abbatis consanguineum, quem Prumienses Andegavensem comitem

pendiciis, et quidquid ibidem visum fuit mihi deservire. Similiter autem dono villas meas nuncupantes Nuilliaco, Duciago, Flaviaco, Calviniaco, Juliaco, Caniaco, Cubicio sitis in pago Rodonico, cum omnibus appendiciis, vel quidquid ad ipsas villas aspicit et visum fuit mihi ibidem deservire, dono a die præsentis ad ipsa casa S. Salvatoris cum omni integritate. Similiter et alias res, quæ S. Salvatori tradidi, dono ad ipsum sanctum locum, quem mei infantes his nominibus Aginaldus, nec non Bertricus, sive Botlenus atque Paulus <sup>a</sup> per vestram precariam excolere debeant, ut qualemcunque sensum [censum] visum vobis fuerit, illis injungatis, quem vobis per singulos annos solvant, et unusquisque ex illis post obitum suum, quicquid per precariam tenuit, cum omnibus rebus melioratis ad ipsa casa Dei superius nominata cum omni integritate in ejus dominationem absque ulla marritione vel contentione reverti faciat: hoc est Comuis, Viva-aqua, Caihaco, Fol, Patriniaco, Altiaco sitas in pago Celmanico cum omnibus appendiciis et omni integritate. Similiter dono et alias villas nuncupatas Calvono, Laviniaco, Averiaco, Aurudo, Serant, Colrido, Bron, quartam partem de Serant, Duniaco sitas in pago Andegavinsæ cum appendiciis et omni integritate. Similiter dono et alias villas nuncupatas Druvio, Palriciaco, Quevo, Bursinas, Piriello, Dimisiniago, Cuptiago, balatiago, sitas in pago Rodonico cum eorum appendiciis et omni integritate; et alias res, quæ superius hic non commemoravimus, aut comparavi, aut mei antecessores mihi dimiserunt, aut quæ requirendæ sunt et inventæ, ad ipsa casa sancti Salvatoris dono, et ipsas a die præsentis, vel quidquid de parte genitoris mei Beririgi, et de parte genitricis meæ Viventianæ mihi obvenit, vel de comparato, vel de qualibet adtractum ad me noscitur pervenisse, dono cum omni integritate, tam terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, farinariis <sup>b</sup>, cum pastoribus gregis pecudum utriusque sexus, mobilibus et immobilibus, quicquid dici aut nominari potest, vel quicquid ad ipsa loca superius nominata aspicere vel pertinere videtur de præsentis, cum omni re exquisita, totum et integrum ad ipsum sanctum locum a die præsentis volo esse donatum atque firmatum, ita ut ab hac die habendi, tenendi, vel quicquid exinde elegeritis, faciendi liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. Siquis vero, quod futurum esse non credo; si ego ipse, quod absit ne fiat, aut aliquis de meis hæredibus, aut ulla opposita persona vel quislibet contra hanc epistolam dona-

faciant; ut pote qui tot et tantas in Gallia, maxime vero in pago Andegavensi et vicinis, terras possideret.

<sup>a</sup> *Per vestram precariam.* Id est titulo precariæ quo quis prædium ad vitam solum et usufructuarie tenebat, pleno jure domini deinde ad alium devolvente.

<sup>b</sup> *Farinariis.* Hoc est, molendinis.

<sup>c</sup> Sigillum aeri incisum ex autographo subjecit Zyl-

tionis meæ, quam ego propter nomen Domini et venerationem ipsius sancti loci fieri decrevi, venire decreverit, aut eam infringere conatus fuerit, aut hujus repelitor exstiterit, iram Dei Patris, et Filii, et Spiritus sancti super se recipiat, et a liminibus ecclesiarum, et a consortio sanctorum extraneus appareat, et insuper inferat partibus ipsius monasterii, cum cogente fisco, auri libras V, argenti pondera XX. coactus exsolvat, et quod repetit quisquam vindicare non valeat, sed præsens donatio voluntatis meæ omni tempore firma et inviolata permaneat, stipulatione subnixâ. Actum Prumiæ monasterio publico, sub die xvi Kalendas Martii, anno xiv, regnante domno nostro Pippino gloriosissimo rege.

## XXX.

*Pippini regis privilegium pro monasterio sancti Maximini (anno 765).*

(Apud Honthelm, ibid.)

Domino et Salvatore nostro vitam æternam in Evangelio promittente, plena et integra fide sine dubio credimus, nobis in futuro sæculo recompensari, si stabilitatem et quietem monasteriorum confirmamus, ac res ecclesiasticas, Deo donante, cum protectione augmentamus. Proinde ego Pipinus, gratia Dei rex Francorum, omnibus regibus in æternum futuris in hoc testamento denuncio, me habere sub potestate regali quoddam monasterium, ubi sanctus Maximinus Dei præsul est corpore sepultus, constructum videlicet in suburbio Treviris, atque dedicatum in honore sancti Joannis apostoli et evangelistæ, quod monasterium cum thesauro atque tota abbatiæ sub illius loci abbate semper constare præcipio, quia per antecedentia tempora a regibus ita constitutum esse repertum teneo. Quapropter huic præsentem abbatem Utilradum, et omnes abbates post eum futuros de eodem loco, simul cum monachis et abbatiæ sub regum mundiburdio in sæcula manere decerno, ut ab omni inquietudine expediti, Deo valeant servire cum gaudio spiritali. Electionem quoque abbatissæ supradictis monachis regali autoritate concedo, ut habeant potestatem eligendi quemcunque sive quoscunque voluerint, ea ratione, ut regulam eum sibi subjectis custodiat. Si quis autem, quod absit, hanc cartam infringere voluerit, vel ejusdem loci familiæ ullam molestiam in aliqua re intulerit contra voluntatem abbatissæ, iram Dei incurrat, ac regis majestatis reus omni tempore teneatur. Et ut hæc descriptio firma sit, annullo sigillari eam jussimus nostro. Adolfus resignavit. Datum quod fecit mensis Januarius. In publico palatio (id est Ingelhemii non Moguntia) in ñ m xiiii regni nostri feliciter e.

lesius; sistit hoc Pipinum imberbem cum perigræphe: ✠ PIPINUS IMPERATOR, non vulgari suspicionis nota, aliis etiam observata; Heineccio de sigillis p. 1, cap. 10, n. 8, præsertim, cujus hic juvat verba legere: « Mirum sane, Pipinum se vocare imperatorem, cum ad hanc dignitatem nunquam aspirarit; mirum, plane, omisisse eum titulum regis Francorum, quem ipse Carolus Magnus Augusta jam dignitate auctus non dimisit; mirum quoque, alio eum titulo in diplomate,

## XXXI.

*Tellonis episcopi Curiensis testamentum (Anno 766.)*  
(Ex Mabill., *Annales ord. sancti Benedicti.*)

In nomine sanctæ Trinitatis. Cum mysterium optamus recordari, et secreta cordis nostri semper debere reminisci Altissimi beneficia humano generi tributa : cum Dominus Deus noster Jesus Christus dignatus est descendere de sinu Patris ad nos redimendos, qui me etiam indignum et exiguum omnium servorum Dei, non meis meritis, sed sua clementia inter præsules ecclesiæ suæ dignatus est collocare : et, ut perpendo infelicitatem meam nec minus casu fragilitatis meæ, quod non meis meritis ullis, sed sua immensa pietate cupio reminisci : adhuc sicut meis, et humanæ fragilitatis obvolutum peccatis proximorum meorum, quod per primum parentem nostrum datum est, et incertæ vitæ hujus exitus, et spem recuperans, ipso Domino clementer promittente peccatoribus, quod eleemosynis possint, qui voluerint, peccata sua redimere. Nam et ego indignus Tello vocatus episcopus, non mea ei tribuo, sed sua, ipso tribuente, reddo : cum ipse per prophetam dicit : Domini est terra et plenitudo ejus. Et, ut possim dicere, cum ipse propheta ait : Dominus pars hereditatis meæ. Et dum tres ecclesiæ istius sanctæ Mariæ semper virginis matris Domini nostri Jesu Christi, seu sancti Martini, seu sancti Petri, quas in hoc loco constructas esse scimus, seu ceterorum sanctorum, quorum nomina in hoc loco constructa sunt : quorum norma plurimorum servorum Dei in loco qui dicitur Desertina, monasterium regularium constructum esse scimus, qua ego indignus, ac si peccator Tello episcopus possidere videor, et impensis meis plusquam debeo, utor, seu pro peccatis meis multis ablucendis vel parentum meorum, dono et ad ipsam ecclesiam sanctæ Mariæ seu sancti Martini, seu sancti Petri transfundo, hoc est, avi mei Jactati et aviæ meæ Salvix, et genitoris mei Victoris vel illustris præsidis et genitricis meæ Teusindæ, seu avunculi mei Vigili episcopi et germanorum meorum Zacconis, Jactati et Vigili, et nepotis mei Victoris et germanæ meæ Salvix, seu neptis meæ Teusindæ et Oddæ. Et adhuc dicente scriptura, quod qui res ecclesiæ possedit, seu aliquid proprietatis habuerit, testantur canones cum rebus ecclesiæ debet sociari : propterea ego Tello peccator ordinatus episcopus, hic superius testimoniis confirmatis, cedo post obitum meum vel decessum ad supradictam sacrosanctam ecclesiam sanctæ Mariæ et sancti Martini, seu sancti Petri censem, quem in perpetuum esse constituo atque discerno, et de jure meo in jus, et dominationi ejus trado, atque usque in perpetuum transfundo : hoc est terra vel hereditas patris mei Victoris vel illustris Præsi-

A dis, quæcumque acquisivit per singula strumenta de quocumque ingenio conquisita ac mihi Dominus per suam largitatem dare dignatus est : hoc est curtem meam in Secanio ; in primis salam cum solario subter caminata, desuper alias caminatas subter cellarium, coquina, stuta, circa curtem stabulum, tabulata, torbaces, vel alia hospitalia, vel cellaria, et quidquid ad ipsam curtem pertinet, omnia ex integro. Item curtinum cum pomiferis suis. Item ortos et vineas subter curtem ex integro. Item in castro Sala muricia subter cellaria, torbaces in ipso castro, quantum ad me legitime pertinet, omnia ex integro. Item ad Vicum curtem meam cum tabulata, cum bareca, cum omnibus quæ ad ipsam curtem pertinent ; cum introitu suo ex integro. Item in territoriis agrum ad Buliu modiales sexaginta quinque, confiniente ad ipsam curtem, alia parte ad sanctum Columbanum : agrum trans Vicum modiales decem, confiniente ad Gallonicum, alia parte ad Amanţi : agrum in Stava modiales octodecim, confiniente ad Victoris, alia parte in via : agrum in Sarrs modiales octoginta, confiniente ad sancti Columbani, alia parte in via : agrum Astiredæ modiales quinquaginta, confiniente ad Calausionis, alia parte ad Vigili : agrum in Renio modiales triginta, confiniente ad Lobeceni, alia parte ad Viveni : agrum in Renio modiales quadraginta, confiniente ad Jactati, alia parte ad Urseceni : agrum in ipso loco, confiniente ad Pauli, modiales duodecim : agrum ante Sala modiales duo : agrum subter Sala modiales sex, confiniente in via : agrum Alevence modiales triginta, confiniente ad sancti Columbani, cum casa, cum duobus tabulatis, cum curte et introitu suo, et cum caniculis suis, confinientem ipsum agrum ad viam : alium agrum, *modiales* decem, confinientem ad Solemnis ad sancti Martini. Ad summum Levenoce Roncale cum ædificio suo ex integro : item pradium curtinum subter Secanio, et onera sexaginta cum ædificio suo, confiniente ad sancti Columbani, alia parte in via : aliud curtinum subter Vico onera decem, confiniente ad sancti Columbani de ambabus partibus : aliud curtinum, onera octo, confiniente ad curtem. Pradium in Heretis onera sexaginta, confiniente ad sanctæ Mariæ, alia parte in via. Pradium in Levenoce, onera quindecim, continens ad sancti Columbani, alia parte in Vedalionis, quantum me in ipso Levenoce habere videtur, ex integro. Item in alpe Agise onera centum. Pradium in Castrices in Roncale, onera viginti, confiniens ad Agusti, alia parte in via. Pradium supra saxa Roncale onera triginta, confiniens in sancti Martini, alia parte in Vederanionis. Et super Falarix graduum onera sex, confiniens in sancti Stephani, alia parte ad Lobonis. Item in Flemme Roncale ex integro.

alio in sigillo uti... Scio equidem, reges nonnunquam imperatorum titulum affectasse, id quod de Bulgaris, Anglo-Saxonibus aliisque notum est et provocatum. Scio Francisc quoque regibus nonnunquam id placuisse. Clodovæum enim imperatorem vocat Baltherus in Vita sancti Fridolini abb., n. 30. Nec ignoro

denique Pippinum etiam hunc ipsum imperatorem salutari a Sugerio lib. II de Administ. sua. Sed rara hæc exempla nondum conficiunt Pippinum ipsum titulum istum nomini ascripsisse. Præterea alias in hac charta suspicionis notas, inter quas non minima est ipse diplomatis ingressus, Carolingis insolitus.

Item de colonis de ipsa curte Secanio : Ariscio, Gaudentius, Exoberius, Calanho, Valerijus, Anulfus, Crespio, Jactatus : isti omnes cum uxoribus et filiis suis, agri, prata, et quidquid ad ipsas colonias pertinet, cum omni sondro suo ex integro. Item de Spehaticis Froncione Projectum, Evalem, Flechosvum, Lobecinum, Aurelium, Victorem, Saturninum, Massonem, Rusticum, Desiderium, Lobucionem. Isti omnes cum uxoribus et filiis suis, agri, prata, vel quidquid ad ipsos spicios pertinet, cum omni sondro suo ex integro. Amantius persona præter terram solam sanctæ Mariæ, Auster cum fratre suo, Aurelianus, Præstantius, Valerius, Viventius, Columba. Hos omnes cum uxoribus et filiis et quidquid ipsi colere videntur, revertantur sicut priores. Item villam meam Iliande, salam cum cellario, cum omnibus, quæ circa ipsam salam haberi videntur ex integro; torbaces, tabulata, barecæ, curtes, ortus, omnia cum introitu suo; quæ circa ipsam curtem haberi videntur, quæ ad me legitime pertinent ex integro. Agrum subter Lobene modiales sexaginta, confinientem in sancti Martini : agrum ad curtem, modiales quindecim, confinientem in sanctæ Mariæ : agrum Astupio, modiales sex, confinientem in Quartini : agrum Roneale modiales sex : agrum ante Vicum modiales sex, confinientem in via. Item pradium in Campaniola, onera decem, confinient. in sanctæ Mariæ. Pradium in Logorione, onera decem, confinient. in sanctæ Mariæ. Item super saxa villam meam cum casa, cum tabulata, cum torbaciibus, cum orto, et omnibus quæ circa ipsam curtem adpertinent, ex integro : agrum, modiales sexaginta : pradium, onera centum. Alium locum Maniocum, agrum modiales viginti : aliud pradium Naulo, onera quadraginta : hæc omnia sint data ad supradictam ecclesiam. Item coloni de ipsa curte Iliande, Sporcio, Vidalinus, hos duos cum uxoribus et filiis, agros, prata, et cum omni sondro suo, ex integro. Item Despicus, Vidalianus, Maurentius, Martinus, Calvolus, Lidorius : isti omnes cum uxoribus et filiis suis, et cum omni sondro suo, ex integro. Lopus et Ursocius, qui sunt sine terra, et ipsi sint dati ad sanctam ecclesiam. Item curtem meam in Bregelo, quam adlo ad ipsum monasterium sanctæ Mariæ, seu sancti Martini, seu sancti Petri. Item Muriciam salam cum cellario, cum caninatis, cum solario, cum torbace, cum stabulo, cum barecis, cum tabulata, orto, curte, et quidquid ad ipsam curtem adpertinet, cum introitu suo, omnia ex integro. Item agrum in Ruane, modialis triginta quinque, confinientem in flumine, altera parte in sanctæ Mariæ : agrum in ipso Ruane, modiales quatuor, et confinientem ad Juliani, alia parte ad Canis : agrum trans flumen modiales undecim, confinientem ad Projecti, alia parte in flumen : agrum super Castellum, modiales octo, confinientem ad Silvionis, alia parte ad Evalentis : agrum ad ipsam curtem, modiales octo, confinientem ad Juliani : agrum in Vorce, modiales sexaginta, confinientem in Vicionis, alia parte in via cum ædificio suo, cum curte et introitu suo, omnia ex integro. Item in Se-

launo curtem meam, cum tabulata, cum bareca, cum torbace, cum omni adpertinentia sua, et quidquid ad ipsam curtem pertinet, ex integro. Item agrum ad Feniles, modiales octoginta, confinientem ad ipsam curtem : agrum Ardunæ modiales sexdecim, confinientem ad Evalentis, alia parte in Juventi : agrum in Vicinaves, modiales septemdecim confinientem ad Lomelengum, alia parte in sancti Martini : item pradium ad Sorella, onera octo, confinientem ad Lidori : pradium Anives in Curtino, onera duodecim, confinientem ad Abatissæ : pradium in Esce, onera viginti, confinientem ad Beravi : pradium in Colimne, onera quinque : pradium ad Renum, onera viginti, confinientem ad Victurucionis, altera parte ad Juliani : pradium in Ruane, onera decem, confinientem ad sancti Martini : pradium in Vallecava onera quatuor, confinientem in via : pradium Macene, onera viginti quinque, confinientem in via, alia parte ad Crespionis. Item coloni de ipsa curte de Taurento : Laurentius et Lopus : hos duos cum omni sondro suo, ex integro. De Solaune, Lidorius, Maurus, Befanius, Sicharius : isti omnes cum uxoribus et filiis suis, et cum omni sondro suo, ex integro. Item Specius de Andeste, Amantius, Montanarius, Exoberius, Frictellinus, Johannes : isti omnes cum uxoribus et filiis suis, cum omni sondro suo ex integro. Item de ipsa curte, Maurelius, Dominicus, Donadus : isti omnes cum uxoribus et filiis suis, agrum, pradium, vel quidquid circa ipsas casas adpertinet, omnia ex integro. Leo persona sola. Fescianus cum uxore et filiis suis, agri, prada, et cum omni sondro suo, ex integro : isti omnes revertantur post obitum nostrum ad ipsum monasterium sanctæ Mariæ seu sancti Martini seu sancti Petri. Item in Maile, agri, prada, sola, orti cum pomiferis, quantum ad me legitime pertinet, præter terram ecclesiæ, portionem meam ex integro : et præter coloniam, quæ concessi juniori meo Senatori pro servitio suo in ipso Maile. Item in Cappellos, agros, prada, sola, ortos cum pomiferis suis, et quidquid ad me legitime pertinet, omnia ex integro. Similiter et silva Plana super Maile, quantum ad me legitime pertinet, sit datum et concessum ad ipsum monasterium sanctæ Mariæ, seu sancti Martini, seu sancti Petri. Item silvas, scales fructiferas, quas damus ad ipsum monasterium, quod superius nominavimus, super Iliande, quantum ad me pertinet, ex integro. Item in Rucene curtem meam cum sala, cum cellario, cum caninata, cum solario, cum torbace, cum stabulo, cum bareca, cum tabulata, cum orto, et quidquid circa ipsam curtem adpertinet, cum introitu suo, et exitu, cum aquis, cum pascuis in silvis : item Roboredum subter Rucene, ex integro. Item Alpes, quas damus ad ipsum monasterium, quod superius nominavimus : Naulo media, Mendane cum Secivo suo, ex integro. In Fadohne portionem meam ex integro. In Ceipene portionem meam ex integro. Item definimus de fidelibus nostris, quibus, quantum concessimus nobis viventibus, et post obitum nostrum donamus. In primis Lidorius tenet specium, quem

colit Vidales : ipse revertatur post obitum nostrum ad ipsum monasterium cum omni adpertinentia sua : similiter et terra quam ipse Lidorius possidet. Donamus ei agros, prada, modiales septuaginta ; nam omnia quæ super hunc numerum habere videtur, revertantur ad supra dictum monasterium. Item et Alecus tenet in ipso Iliande agrum modiales quadraginta, et ipse revertatur post obitum nostrum ad ipsum monasterium. Item Gaudentius tenet agrum, modiales quindecim, et ipsum revertatur post obitum nostrum ad ipsum monasterium. Item Crescentianus tenet speciem in Rucne, et quatuor modiales in Renio, et ipsum revertatur, sicut superius. Item Leontius camerarius tenet modiales quinque de Helanengo : item presbyter Vigilius tenet modiales tres de Helarinengo, et ipsum revertatur post obitum nostrum ad ipsum monasterium. Item Goncio tenet in Vorce agrum, modiales octoginta, et ipsum revertatur post obitum nostrum ad ipsum monasterium : item Vadardus tenet agrum modiales quinquaginta, ipsum revertatur post obitum nostrum ad ipsum monasterium : item Januarius tenet in Tauronto duas colonias præter homines ; et ipse revertantur ad ipsum monasterium post obitum nostrum. Item quam coloniam tenet presbyter Silvanus, agri, prada, sola, orti, ædificia cum omni adpertinentia et cum ipso servo nostro, nomine Viventio, qui in ipsa casa habitat : revertantur hæc omnia post obitum nostrum ad ipsum monasterium. Item colonias quas tenet presbyter Lopus in Falarie, una cum homine, alia sine homine, pradium quindecim, agrum in Roncalina, modiales viginti : revertantur hæc omnia post obitum nostrum tam servi, quam terra ad ipsum monasterium. Item colonia in ipso Falarie, quam colit Jactatus, ipsam donamus juniore nostro Senatori tam nos viventes, quam post obitum nostrum ad possidendum. Item coloniam quam tenet Amicho, ipsa revertatur post obitum nostrum ad ipsam ecclesiam. Item colonia quam tenet Laveso in Fleme, quam colit Orsianus, ipsa revertatur post obitum nostrum ad ipsum monasterium. Item in Valendano Majorinus tenet agrum modiales viginti quinque, ipse revertatur post obitum nostrum ad ipsum monasterium. Similiter et in Amede coloniam, quam ipse possidet, habeat commendatione, ipse Majorinus cum ipsa colonia ad ipsum monasterium cum uxore et filiis suis nutrimentum. Quod si semetipsum ab ipso loco abstraxerit, ipsa possessio in ipso monasterio stabilis sit permanere, nec liceat alicui ab hoc abstrahere. Item terram quam tenet Drucio in Castrice, ipsa revertatur post obitum nostrum ad supradictum monasterium, et ipsum Drucionem statuimus ad ipsum locum sacrum esse commendatum. Hoc stabilimentum proponimus, et quidquid immemores fuimus, aut in hac donatione sanctorum non conscripsimus, præter quartam, quam reliquimus curti nostræ Flumini, de omnibus rebus nostris absolutionem uti conscripta est, permanere. Et dum mihi omnipotens Deus in hoc sacculo vitam concesserit, omnia in mea permaneant

A potestate, et donatio hæc post obitum meum firma permaneat tam agris, quam pradis, solis, ortis, ædificiis, farinariis, albibus, silvis, aquis, pascuis, accessionibus, vineis, poniciferiis, peculii, majore, minore, æramentis, ferraturis, loramentis, vasis, utensilibus, mobile et immobile omne, quidquid ad vitam hominis pertinet, sit datum, atque concessum ad ipsum monasterium sanctæ Mariæ, seu sancti Martini, sive sancti Petri, quod nuncupatur Desertina. Si quis (quod futurum esse non credimus) quod ego (ut absit) aut ullus de heredibus, vel proheredibus meis, tam virilis sexus, quam feminei genere ortus, seu de certis vel incertis, aut prætertatis cognationibus nati, tam propinqui ex genere meo, quam ex longinquo mihi proximi, vel quælibet extranea persona, minima vel maxima, judicia agens, cura, aut regalis potestas, vel aliquis per regalium potestatem concessam, aut dogalium præsentiam commotam, aut per muneris dona, vel potestate propria inepte superba crediderit, aut ausus fuerit ab his ecclesiis abstrahere, et contra hoc factum nostrum, aut genitoris mei, quod ipse præcepit, ut ita fieret, mandatum, ut hæc conscriptio proprietatis facultatum nostrarum fieret, tam de compactione, quam de proprietate, de quacumque tractu, vel conquesto ad nos nosse pervenisse. Hoc stabilimentum redemptionis peccatorum nostrorum statuimus habere, et consortio sanctorum obfirmari, quod ego indignus sane mente et sospite corde, me vivente, patris mei præcepta, mea desideria curavi adimplere, ut pro me, et pro omnibus parentum meorum, qui superius conscripti sunt, ab altissimo Judice mereamur veniam de peccatis promereri. Propter hoc mundi Creatorem posui intermedium judicari, ut infestus fiat contra eum, qui contra factum istud ausus fuerit intrumpere, aut temptare, vel quolibet ingenio calumniam contra ipsas ecclesias præsumpserit generare. In primis iram Domini nostri Jesu Christi incurrat, et a sancta Trinitate, id est, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, anathema fiat, parique modo in die iudicii ad sinistram cum impiis in profundum inferni descendat, sicut Dathan et Abiron, et Core, qui contra Moysen rebelles steterant, sic ille, sicut illi, semetipsum hiato terræ demergat : et sicut Judas traditor Domini, semetipsum in laqueo suspendat, corpus et animam pœnarium gehenna sine fine obtineat : et quantum de peccatis nostris, et parentum nostrorum, et fidelium nostrorum divina pietas pro his clementer jusserit indulgere, horum omnium peccata tota super ipsum veniant, et cum diabolo et ministris ejus damnationem accipiat, et a cunctorum catholicorum fidelium consortio extraneus appareat. Insuper et in resurrectione humani generis septem damnationes mortis in stagno ignis super ipsum incumbant. Prima damnatio, a sanctis separatio. Secunda a facie Domini repulsio. Tertia in inferno demersio. Quarta operis ejus retributio. Quinta sine penitentia, quia nulla erit remissio. Sexta sine fine cruciatio. Septima, omnium pœnarum non erit finitio, et

ab ipso consortio qui illic diu noctuque deserviunt. Et super hæc omnia insuper sit culpabilis ad actores sæpe dictis ecclesiis auri libras viginti et argenti pondus quadraginta, et quod repetit, in nullo petitio sua obtineat effectum, sed fiat, ut decet, confusus de omnibus. Et cessio mea quam ego prompta voluntate et devota mente rogavi fieri, inconvulsa omni tempore usque in perpetuum obtineat firmitatem stipulatione subnexa. Anno 15 sub regno domini nostri Pippini regis, quod est xviii Kal. Januariæ, facta charta donationis sanctorum. Acta Curia in civitate publica, sub præsentia virorum honorum plurimorum testium. † Signum manus Domini Tellonis episcopi largitoris, qui hæc fieri jussi, et manu mea propria firmavi. † Signum presbyteri Silvani testis. † Signum manus Justiniani judicis testis. † Signum Præsentis curialis testis. † Signum Lobucionis de Amede curialis testis. † Signum Constanti de Senegaune curialis testis. † Signum Lobucionis de Maile militis testis. † Signum Pauli de Tremine militis testis. † Signum Claudii de Curia curialis testis. † Signum Urseceni de Scana- vico curialis testis. † Signum Victoris filii Præstantis militis testis. † Signum Justiniani de Vico Mel'one militis testis. † Signum Foscionis de Pogio militis testis. Et ego Foscio presbyter jussus a domino meo Tellone episcopo hanc donationem scripsi, et manu mea propria subscripsi.

## XXXII.

*Præceptum Pippini regis, quo villam Exonam monasterio sancti Dionysii restituit (anno 766).*

(Ex D. Bouquet, tom. V.)

Pippinus rex Francorum vir illuster. Credimus nobis apud æternum judicem in mercede sociare, si hoc cognoscimus, quod ad loca sanctorum fuisse delegatum, et per præceptionem anteriorum regum manu suscripta inibi confirmatione per nostris, oraculis pro amore Dei, et retributionem sanctorum, affirmamus. Ideoque venerabilis vir Folradus abba de basilica peculiaris patroni nostri sancti Dionysii, ubi ipse pretiosus martyr cum sociis suis in corpore quiescere videtur, vel ipse abba una cum turba plurima monachorum degere videntur, vel Domino militare noscuntur, missa petitione nobis suggererunt eo quod Clotharius rex Francorum per sua præceptione ad ipsa casa domni Dionysii delegasset villa cognominante Exona, sita super fluvio Exone in Pago parisiaco : et postea Chlodovius rex Francorum iterum ad basilica ipsa reconfirmasset per sua præceptione : unde et ipsas præceptiones nobis ostendit ad relegendas, ubi invenimus quod per iniqua cupiditate a malignis hominibus postea ipsa villa Exona de ipsa casa S. Dionysii fuit abstracta, vel imminuta. Peciit ipse abba, vel ipsa congregacio celsitudinem regni nostri, ut per confirmationem nostram vel deliberacionem nostram tale emanire deheremus præceptum, ut sicut a Remchone comite per nostrum beneficium usque modo fuit possessa, cum omnibus terminis vel appendiciis suis, ita cum omni integritate ad ipso monasterio vel monachus ibidem desc-

ientes, seu luminaria ipsius ecclesiæ procuranda, vel stipendia pauperum, ibidem prædicta villa proficere debeat in augmentum, et ut melius delectet ipsos monachos pro nobis, vel bonæ memoriæ germano nostro Kallomagno quondam, seu subsequente progenie nostra, die noctuque Domini misericordiam attentius deprecare. Igitur prædicta villa cum omnibus theloneis publicis, et cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, aquis aquarumve decursibus, mobilibus et immobilibus, farinariis, sicut supra diximus, cum omni integritate pars prædicti monasterii ejusque rectores habeant, teneant atque possideant, et ad ipsa casa Dei in nostra elemosyna vel germano nostro usque in perpetuum absque ullius repetitione debeat esse jure integro confirmata. Et ut hæc cessio firmitior habeatur, nos eam subterfirmavimus, vel de anulo nostro sigillare studuimus.

Signum † Pippini glóriosissimi regis.

In Dei nomine Baddilo recognovit.

Datum in mense Julio, anno decimo quinto regni nostri Aureliani civitate publice. Itherius scripsit feliciter. Amen.

## XXXIII.

*Donatio Pippini monasterio sancti Antonini (anno 767).*

(*Histoire du Languedoc*, tome 1, prob., p. 23.)

Notitia traditoria atque forhanditoria peracta a domino Pipino rege serenissimo Francorum et Aquitanorum, in presentia atque manu Fedancii abbatis ecclesiæ sancti Antonini martyris, quæ est sita in valle quæ dicitur nobilis ubi terminus esse dinoscitur in pago Rutinico.

Ad hanc traditionem affuere viri religiosi testes... abbas Fedancii scilicet Ildebaldus archiepiscopus sedis Remensis, nec non Aymarus Bituricensis sedis archiepiscopus, una cum caterva episcoporum ceterorum numero xii, inter quos adfuit Justinus episcopus morbo regio percussus, qui prostratus coram altare ubi erant sancti Antonini custodiebatur gloriosissimi martyris, subito divina protectione munitus et ejus interventu liberatus est. Hac caterva residente simul aderat turba militum et comitum, inter quos erat Bertalargus comes, Vulfrandus, Botelinus, Paletini comites, et alii numero xvi. Qui omnes una voce censere nec non acclamavere cum maxima turba populorum qui ibi aderant, dignum esse augmentari casam Dei ob amorem et reverentiam beati Antonini martyris, qui defensor et protector semper extitit regi et omni exercitui suo. Ad quorum acclamationem Pipinus rex serenissimus adquevit augmentari casam Dei regalibus donationibus. Itaque cum suis consultus magnatibus, monasterium S. Petri apostoli quod dicitur Mormacus, quod est situm in pago catucirno super fluvio Avarionis, in proprium tradidit beati Antonini martyris capiti et altari, in quo Dei honore et benedictione quiescit, et abbati Fedancio venerabili viro et monachis et clericis inibi degentibus presentibus et futuris. Hoc monasterium totum

predictum et ab integrum cum suis adjacentiis, scilicet cum aliis duabus ecclesiis quarum una Mornagallus et alia capella sancti martyris Felicia, nec non et cum monachis et mancipiis et omnibus possessionibus que ad illud pertinebant, et in futuro, Domino annuente, largienda erunt; cum vineis, ortis, terris cultis et incultis, aquis aquarumve decursibus, paxeriis, molendinis quod omne ultra fluvium VIII cubitis, dedit a termino montis Cussonis usque ad mediam aurem et usque ad os antiqui vasis. Quantum infra illos fines concluditur totum et ab integrum, dedit in proprium alodem supra dictæ casæ Dei. De repetitione vero si quis imperator vel rex aut dux, comes vel vice comes aut abbas, vel persona quælibet magna vel parva a casa Dei abstrahere hæc supradicta voluerit; omnium supradictorum episcoporum gladio anathematis feriat et cum Dathan et Abiron in inferno sepeliatur. Data II Kal. April. anno 16 regni Pipini serenissimi imperatoris. Sigiltredus scripsit. Signum Pipini regis. †

## XXXIV.

*Pippini regis præceptum quo Fuldensi ecclesiæ Autmundistat villam largitur (anno 768).*

(Apud D. Bouquet, tom. V, ex Schannato.)

Pippinus rex Francorum vir iuluster, et quia mone Scriptura ita oporteat unumquemque constanter præparare quateus veniente in conspectu superni Iudicis illam mereatur Domini piam vocem audire, quem omnes iusti ex bonis actibus erunt gavisi, quapropter nos salubriter, ut credimus, considerantes qualiter ex terrenis rebus quibus divina misericordia nobis affluenter in hoc sæculo largire dignata est saltem vel in pauperibus ex hoc tribuere deberemus, unde misericordiam ejus adæpisci valeamus, idcirco donamus nos pro animæ nostræ remedium vel bonæ memoriæ germano nostro Carolo-manno quoadam, ad monasterium Fulda ubi dominus Bonifacius corpore requiescit, Villa aliqua noncupante Autmundistat, qui ponitur in pago Moinigango super Fluvio Riechina cum omnibus terminis vel appendicys suis ut cum omni integritate ad ipso monasterio vel monachis ibidem deservientibus seu Luminaria ipsius Ecclesiæ procuranda vel stipendia pauperum, ibidem prædicta villa proficere debeat in augmentum, et ut melius dilectat ipsos monachus pro nobis vel germano nostro seu subsequentem progeniæ nostra, die noctaque Domini misericordia adtentius deprecare; igitur prædicta villa una cum terris, domibus, ædificys, accolabus, mancipys, calvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve

<sup>a</sup> In hoc autographo subscriptio cancellarii e regione subscriptionis regis posita est, sigillo intermedio, quod effigiem quandam hispidi capitis, ceræ cavo impressam exhibet. Badillo cancellarius præter morem invocatione utitur in subscribendo; quem admodum Hitherius, qui sub Pippino, non alio quam notarii officio functus est, quidquid alleget in contrarium Mabillonius de Re diplom. lib. II, cap. 12.

<sup>b</sup> Sigoltzheim prope Keisersbergam.

<sup>c</sup> Rappoltswiler, Ribanviler.

<sup>d</sup> Vicus inter Celloenberg et Ostheim perit.

<sup>e</sup> Sassenheim.

<sup>A</sup> decursibus mobilibus et immobilibus sicut supra diximus cum omni integritate quicquid præsentem tempore nostra ibidem videtur esse possessio pars prædicti monasterii hujusque rectores habeant, teneant atque possideant, et ad ipsa casa Dei in nostra elemosina vel germano nostro usque in perpetuum absque ullius repetitione debeat esse jure integro confirmata; et ut hæc cessio firmior habeatur nos eam subter firmavimus vel de anolo nostro sigillare studuimus.

Signum † Pippini gloriosissimi regis.

In Dei nomine Baddilo recognovit et subscripsit.

Datum in mense Julio anno quinto decimo regni nostri actum Aurilionis civitate publice in Dei nomine Hitherius scripsit feliciter .

<sup>B</sup>

## XXXV.

*Sigfridi dynastæ in Alsacia litteræ ad filium Altmannum, qua monasterio Gregoriano plurima bona assignat (anno 768).*

(Apud Schœpflin. Alsatia diplomatica.)

Dilectissimo et amantissimo filio meo Altmanno. Ego in Dei nomen Sighifridus, cogitans pro Dei amore, ut tibi tradidissem res meas in pago Alsatense, et ipsas res sunt in villas nuncupantes in fine Sigolt <sup>b</sup> marca, et in Altheim <sup>c</sup> villa, et in alias duabus villas qui dicitur Saxones <sup>d</sup>, et in villa vel in fine Heiderheim <sup>e</sup> marca, et in villa vel in fine Tessenheim <sup>f</sup> marca, et in villa Tuginisheim <sup>g</sup> qui est in marca Herunheim <sup>h</sup> et in ipso fine Herunheim <sup>i</sup> marca, de silva, unde potest incassare porcos quinquaginta, et in ipsa marca Herunheim <sup>i</sup> de prata, unde potest secare de feno carradas centum tringinta, excepto particulas illas, qui per casas Dei condonavimus. Iterum trado ipsas res denominatas, quod superius diximus, tam casas quam curtiles edificii, mancipiis, vineis, terris, campis, pratis, silvis, aquis, aquarumve decursibus, dono atque transfundo. Siquis ego ipse aut de heres ac pro heredibus meis vel quislibet ultra opposita persona qui contra hanc traditionem venire conaverit, aut infrangere voluerit, in primis iram Dei incurrat offensus et ab omni limine sanctorum excommunicatus appareat, et sociante fisco auri uncias III et de argento pondera <sup>v</sup> coactus exsolvat.

Actum in villa Herunheim <sup>k</sup> publice. Signum Sighifrido qui hanc traditionem fieri rogavit † signum Luitghero † signum Sighimundo † signum Marcoldo † signum Siwalfuino † signum Horsesino † signum Ebornino † signum Raffaldo † signum Bero. Datum quod fecit dei Dominico VIII Kal. Augusti

<sup>f</sup> Heitern, paulo supra novum Brisacum; Als. ill. tom. I, p. 723.

<sup>g</sup> Fessenheim.

<sup>h</sup> Ensisheim superioris Alsatiae oppidum; ibid. tom. I, p. 721.

<sup>i</sup> Dessenheim, unius horæ spatio supra novum Brisacum; Als. ill. tom. I, p. 733.

<sup>j</sup> Capella vulgariter (*Dinsen*) appellata subsistit; ibid. tom. I, p. 733.

<sup>k</sup> Herckheim, vicus bihorio supra Colmaricum; ibid. tom. I, p. 724.



anno 18 — regnante domino Pippino gloriosissimo A rege.

Ego Hurulfus hactenus indignus peccator presbyter hanc tradicionem rogatus scripsi et subscripsi.

## XXXVI.

*Præceptum Pippini regis, quo silva Æqualina monasterio San-Dionysiano conceditur (anno 768).*

(Apud D. Bouquet.)

Pippinus gratia Dei rex Francorum vir iustus, omnibus agentibus tam præsentibus quam et futuris. Optabilem esse oportet de transitoria promereri æterna, vel de caduca substantia erogandum lucrare gaudia sempiterna. Igitur nos eadem re considerantes, donamus ad basilicam sancti Dionysii, ubi ipse pretiosus corpore requiescit cum suis sanctis sociis, et Fulradus abba rector præesse videtur, donatumque in perpetuum pro animæ nostræ remedium, seu et propter locum sepulture corporis mei, ad eundem sanctum locum esse volumus, hoc est foreste nostra cognominante Æqualina (*la forêt Iveline*), cum omni merito et soliditate sua, quicquid ad ipsa silva aspicere vel pertinere videtur, sicut usque nunc a nobis fuit possessa. Propierea per hanc præceptionem specialius jubemus; atque perpetualiter statutum esse volumus, ut jam dicta silva Æqualina cum omni integritate sua, quicquid deintus seu aforis ibidem aspicit: id est tam mansis, terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, sylvis, vineis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, mobilibus et immobilibus, pecuniis, pecu-  
C  
liis utriusque sexus, gregis cum pastoribus, necnon et diversa feranimum genera, seu et forestarios cum ipsorum manibus in ipsa foreste per diversa loca commanentes: id est Cotonarias (*Couvières*) cum omni integritate, et in Ulfrasiagas mansos duos, et Humlonarias cum integritate; Visiniolo similiter, Ursionevillare similiter; in Putiolis (*Puisieux*) mansos duos, et Adsummumbragium<sup>a</sup> cum omni integritate, præter mansum dimidium; et in Villarcellum (*Villardeau*) mansum unum; in Brogarias mansum unum, et Actricomonte cum integritate, et in Asbertovicinio similiter; in Villare (*Villiers*) mansos duos; in Popiniagas mansum unum, et in Vallis similiter: omnia et ex omnibus, sicut diximus, totum et ad integrum præter tantum quod antea exinde ad loca sanctorum per strumenta cartarum noscitur fuisse concessum; id sunt ad sanctum Germanum Parisiensem, et ad cellam quæ vocatur Fossatis quæ sita est in ipso Parisiaco et ad sanctum Benedictum Floriacensis monasterii, et ad Ecclesiam sanctæ Mariæ Carnotensis urbe, et ad sanctam Mariam Argentogelensis monasterii et ad sanctum Petrum Pectavensis Ecclesie: in reliquis vero pars præfati monasterii a die præsentis perpetualiter recipiat ad possedendum. Confinia vero de ipsa foreste hæc sunt: de una parte suprascriptas Cotonarias, et Watreias, et Sarnetum (*Sernay*), et vetus monasterii; ex alia

parte Epavevilla, et supra scriptio Putiolis et Rumbelitto (*Rambouillet*); de tertia vero parte Hermolitum (*Hermeray*); de quarta igitur parte Adtanevilla (*Attainville*) et Burdoniaco (*Bourdonné*) et Condato (*Condé*) et Vitriaco; de quinta igitur parte Pincionemonte (*Montfort*) et Villare. Hæc omnia superius comprehensa ab hodierno die rectores ipsius sancti loci præfata silva Æqualina sub æmunitatis nomine habeant, teneant, atque in usu ipsius monasterii possideant et fruantur. Verumtamen volumus atque præcipimus, ut nulla præsumptio judiciarie potestatis pro quibusdam occasionebus, aut aliquid exercitandum venationibus, absque permisso rectoris ipsius monasterii ullo unquam tempore infra ipsos terminos ibidem ingredi pœnitens non præsumat, sed sicut in nostra elemosyna concessimus, ita in perpetuum sit omnimodis conservatum. Quam vero præceptionem, ut firmior habeatur, subter eam decrevimus adfirmare.

Signum ✕ Pippini gloriosi regis.

↳ Hi. herius recognovi et subs.

Data in mense Septembrio, anno decimo Septimo regni nostri. Actum in monasterio sancti Dionysii feliciter.

## XXXVII.

*Præceptum Pippini regis de immunitate monasterii sancti Dionysii (anno 768).*

(Apud D. Bouquet, tom. V.)

Pippinus rex Francorum vir iustus. Incipientia regni nostri affecta de nostra erectione integre auxiliante Domino vigilavi et pro ipsa bona opera auctum cum consilio pontefecum, vel seniorum optimatum nostrorum emunitate, pro nostro confirmandum regnum et mercede, vel adine piscendam vitam æternam renovare deberimus: quod ita et fecimus. Ergo oportet clementiæ principali inter ceteras petitiones illud quod pro salute adscribitur, et pro divine nominis postulatur, placabile auditum suscipere, et procul dubiam ad effectum perducere, quatenus de caducis rebus præsentis sæculi æterna conquiratur juxta præceptum Domini dicentis: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis* (*Luc. xvi, 9*). Ergo de mammona iniquitatis, juxta ipsius dictam nos oportet mercare æterna cœlestia; et dum sacerdotum congrua impertimur beneficia, retributorum Domino [retributorem Dominum] ex hoc habere mereamur in æterna tabernacula. Igitur venerabilis vir Fulradus abba de basilica pecuniarum patroni nostri domini Dionysii martyris, ubi ipse pretiosus dominus in corpore requiescit, clementiæ regni nostri supplicavit eo quod ab antecessoribus regibus a longo tempore omnis emunitatis de villas præfate sancti Basilici fuit concessum, unde et ipsas præceptionis se per manibus habere adfirmat, et hoc usque nunc inviolabiliter adserit esse conservatum: unde petiit ut hoc pro nostram auctoritate dinuo pro rei firmitate, circa ipso sancto loco vel hominis qui si eum substantia

S. Dionysii.

↳ Hæc addit Felibianus ex autographo.

<sup>a</sup> Assummumbragium legit Felibianus, qui idem præceptum ex autographo edidit in probat. Hist. abb.

corum ad ipsa basilica tradunt vel condonant, juxta quod anteriores regis per eorum auctoritates ad ipsa basilica hoc præstiterunt et confirmarunt, hoc iterato circa ipso abbate concedere et confirmare debemus. Ideo cognoscat magnitudo seu utilitas vestra, quod nos pro reverentia ipsius sancti loci, vel pro quieti in ibidem Deum famulantium promptissimam voluntatem dinuo concessisse, et in omnibus confirmasse, vestra cognoscat solertia. Quapropter per hanc præceptum quod specialius decernimus, et in perpetuum volumus esse mansurum, jubemus ut neque vos, neque juniores, seu successores vestri, nec quislibet de potestate judiciaria accinctus, in curtes præfatis sancti basilici domni Dionysii, ubi et ubi, in quascumque pagus in regno Deo propitio nostro, quod ad die pars ipsius monasterio possidere vel dominare videtur, vel quod a timentibus Deum hominibus per legitima instrumenta fuit ibidem concessum, aut inantea fuerit additum, atque delegatum, nec ad causas audiendum, aut fidejussores tollendum, nec ad freda exigendum, nec ad mansionis faciendum, nec paratas, nec ulla redibitiones requirendum, ingredi nec exigere quoquo tempore penitus non presumatur, nisi quicquid exinde potuerit sperare fiscus noster, omnia et ex omnibus, pro mercedis nostri compendium, cum omnibus fredis ad integrum sinet concessus, ut dictum est, inspectas ipsas præceptiones anteriorum regum, vel juxta quod præsens nostra continere videtur auctoritas, quicquid ipse sanctus locus ad die præsentis, ut diximus, habere videtur, quam quod impostmodum a Deum timentibus hominibus, vel a nobis ibidem fuerit additum vel conlatum, seu quibuscumque juste et rationabiliter cum omne substantia sua ad ipso monasterio se tradiderit, et res suas per legitima instrumenta ibidem delegaverit vel firmaverit, sub integra emunitate ad die præsentis valeat resedere quietus atque securus: et, ut dictum est, quicquid exinde forsitan fiscus noster sperare potuerat, in luminaribus, vel in stipendiis, seu et in alimoniis pauperum ipsius monasterii, perenniter pro nostris oraculis ad integrum in omnia et ex omnibus sit concessum atque indulgum, ut ejus [eos] melius dilectet pro stabilitate regni nostri, vel pro quietim quibuslibet cunctis leudis nostris Domini misericordiam adtentius deprecare. Et ut hæc auctoritas nostris et futuris temporibus circa ipso sancto loco perenniter firma et inviolata permaneat, vel per tempora in læsa custodiatur atque conservetur, et ab omnibus iudices melius credatur, propria manu annotatione studuimus adumbrare.

Signum † Pippini gloriosissimi regis.

Hithierus recognovi et subscripsi.

Data nono Kal. Octobr. anno 17 regni nostri.  
Actum in ipso monasterio sancti Dionysii.

XXXVIII.

*Præceptum Pippini de confirmatione privilegiorum monasterii sancti Dionysii (anno 768).*

(Apud D. Bouquet., tom. V.)

Pippinus rex Francorum vir illuster. Incipientia

A regni nostri affectu de nostra erectione integre auxiliante Domino vigilavi, et pro ipso bono opere acum cum consilio pontificum, vel seniorum optinatam nostrorum pro nostro confirmando regno, et pro mercede, vel adipiscenda viâ æterna, et pro reverentia sancti Dionysii martyris, Rustici et Eleutherii, qui glorioso ac triumphali voto pro Christo amore coronam martyrii consecuti sunt, ad basilicam ipsorum, ubi requiescere videntur, et in miraculis coruscant, ad ipsos monachos, qui ibidem deservire videntur, sub libertate evangelica regulariter viventes, sicut antiqui patres vel anteriores reges confirmaverunt, nos denuo in ipso sancto loco nostro manere privilegium renovare debemus: quod ita et fecimus. Ergo oportet clementiam principalem inter cæteras petitiones illud, quod pro salute adscribitur, vel pro divino nomine postulat, placabili auditu suscipere et ad effectum perducere, ut fiat in mercedis conjunctionem, dum pro quiete servorum Dei vel congruentia locis venerabilibus impertitur peticio. Ergo dum et omnipotens Pater, qui dixit de tenebris lumen explendescere, per Incarnationis mysterium unigeniti Filii sui Domini nostri Jesu Christi, vel illustrationem Spiritus sancti illuxit in corda sanctorum christianorum, pro cujus amore et desiderio inter cæteros triumphos gloriosos martyrum, beatus Dionysius, et sæpe jam dictus Rusticus et Eleutherius, qui primi post apostolos sub ordinatione beati Clementis, Petri apostoli successoris, in hanc Galliarum provinciam advenerunt, ibique prædicantes baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, dum in hunc modum certabant, ibi meruerunt palmam martyrii et coronas percipere gloriosas: ubi per multa tempora et usque nunc in eorum basilica, in qua eorum corpora requiescere videntur, non minima miracula virtutum Christus pro ipsis dignatur operari: in qua etiam domnus Dagobertus quondam rex videtur quiescere, utinam et nos per intercessionem sanctorum ipsorum in cœlesti regno cum omnibus sanctis mereamur participari, et vitam æternam percipere. Igitur vir venerabilis Folradus alba de ipsa basilica peculiaris patroni nostri domni Dionysii clementiæ regni nostri credit suggestendum, quod a longo tempore a pontificibus Parisiorum urbis integrum privilegium ad ipsam basilicam domni Dionysii fuisset concessum, et ab interioribus regibus parentibus nostris de eo tempore usque nunc confirmatum: qui et ipsum privilegium seu et ipsas præceptiones vel confirmationes se præ manibus habere affirmat; sed pro integra firmitate peccit vir ipse Folradus abba a celsitudine nostra ut nos iterato per præceptionem nostram hoc deberemus affirmare. Quorum tam religiosam petitionem libentissime suscepisse, et in omnibus confirmasse vestra comperiat magnitudo. Sed quia a suprascriptis principibus vel a cæteris priscis regibus etiam et a Deum timentibus hominibus Christianis ipsum templum, vel ipse sanctus locus propter amorem Dei et vitam æternam rebus videtur esse ditatus, nostra integra devotio est, ut

superius intimavimus, ut privilegium ad ipsum sanctum locum abbati vel fratribus ibidem consistentibus facere vel confirmare pro quiete futura debemus, ut facilius ipsi congregationi liceat pro stabilitate regni nostri ad limina vel ad sepulchra ipsorum martyrum jugiter exorare. Nos ergo pro hanc seriem auctoritatis nostræ, juxta quod per supradictum privilegium a pontificibus factum est, vel anterioribus regibus confirmatum, pro reverentia ipsorum martyrum confirmamus, ut si qua ad ipsum sanctum locum tam in villabus, mancipiis, vel in quibuscumque rebus atque corporibus a priscis principibus, seu a Deum timentibus hominibus propter amorem Dei fuit ibidem delegatum, aut deinceps fuerit additum, dum et ex munificentia regum, ut diximus, ipse sanctus locus videtur esse ditatus vel conditus, ut nullus episcoporum nec præsentis nec qui futuri fuerunt successores, aut eorum ordinatores, vel quælibet persona, non possit aliquo ordine de loco ipso aliquid auferre, aut aliquam potestatem sibi in ipso monasterio usurpare, vel aliquid quasi commutationis titulo absque voluntate ipsius abbatis, vel ipsius congregationis vel nostro permissu, et neque calices, neque cruces, seu indumenta altarium, vel sacros codices, aut aurum, aut argentum, vel qualemcumque speciem, de quo ibidem collatum fuerit, vel in antea dandum, auferre aut minuere, neque ad civitatem deferre penitus eis liceat, nec facere præsumant: sed liceat ipsi sanctæ congregationi vel ipsi sancto loco quod eis per rectam delegationem collatum est, perpetim possidere. Illud vero in hoc privilegio nostræ serenitatis placuit inserendum, ut cum abba de ipsa casa Dei de hoc sæculo nutu divino fuerit evocatus, liceat ipsi sanctæ congregationi de ipso monasterio ex semetipsis eligere, et quem bonum et condignum invenerint, qui ipsum onus abbatie secundum ordinem sanctum possit regere vel gubernare, et unanimiter consenserint, data auctoritate a nobis, vel a successoribus nostris, ibidem in ipsa casa Dei instituat abba, et pro stabilitate regni nostri, vel pro cunctis leudis nostris, seu pro salute patriæ, Domini misericordiam jugiter valeant exorare. Quia nos pro Dei amore, vel pro reverentia ipsorum sanctorum martyrum, et adipiscenda vita æterna, hoc beneficium ad ipsum sanctum locum, vel ad ipsum monasterium, per consensum pontificum, optimatum, illustrium virorum, nostrorum procerum, gratissimo animo et integra devotione visi fuimus præstitisse vel concessisse, eo scilicet ordine, ut sicut tempore anteriorum regum ibidem in ipsa sancta basilica psalencius per turmas

fuit institutus, sicut ordo sanctus edocet, die nocturne perenniter in ipso sancto loco celebretur. Quam auctoritatem, Christo in omnibus nobis suffragante, confidimus quia adjuvat illi consentientes, et despiciat illam destruere cupientes. Et ut firmiorem obtineat vigorem, et nostris ac futuris temporibus Deo auxiliante illæsa custodiatur, et per tempora conservetur, propria manu studuimus adumbrare.

Signum ✕ Pippini gloriosissimi regis.

Data nono Kal. Octob. anno 17 regni nostri. Actum in ipso monasterio sancti Dionysii.

### XXXIX.

<sup>a</sup> *Diploma Pippini regis Francorum, quo Fulrado abbati sancti Dionysii et capellano suo confirmat traditionem illi factam a Widone Alsatia dynasta in Gemar, sancto Hippolyto, Ensheim, Schæffersheim, Grusenheim et Rappolsweiler. Datum 25 Septembris 768.*

(Apud Grandidier, *Hist. de l'Eglise de Strasbourg.*)

Pippinus rex Francorum, vir iuluster. Omnibus episcopis, ab'atibus, seu comitibus, vel proceribus nostris atque missis a palatio nostro ubique discurrentibus. Et quia per Dei misericordiam regna terræ gubernare videmur, oportet ea in Dei nomine indesinenter perpendere, quatenus illorum nostra propitiatio tueatur, quorum nobis sollicitudo commissa esse videtur, qualiter et illos qui munimine indigent defendamus, atque recto tramite sustentemus. Nam in his præcipue honor noster indesinenter clarescere debet, qui non solum fidem intellæsam erga nos in omnibus visi sunt custodire, sed etiam assiduitatem servitii totis viribus junctis non cessant impendere. Et ideo recte esse censemus, ut qui talia exercere nescuntur, et nostris temporibus vitam eorum faciant pacificam ducere, et futuris, jure firmissimo ea, quas a nobis concessa sunt, absque inquietudine liberis potestatibus, Christo præsule, valeant in omnibus dominare. Quapropter dum pluribus noscitur esse compertum, quatenus fideli Deo propitio nostro atque viro venerabili Fulrado capellano nostro sive archipresbytero <sup>b</sup> ante hos dies adveniensi causa laboris periculum pene mortis constat eum fuisse conexum. Et ideo tradens nobis res proprietatis suæ, quas homo aliquis nomine Wido <sup>c</sup> eidem delegaverat, ut pro ejus anima ipsas res ad loca sanctorum confirmare deberemus. Sed quia, subveniente divina misericordia, in pristinam denno restitutus est sanitatem, prædictas iterum res ipsius Fulrado visi fuimus tradedissee. Sed verens ipse quasi per quoddam temporis spacium pro cupiditatis amore homines aliqui ipsi prædictis rebus requerere, vel pro ipsa causa

<sup>a</sup> Ediderunt Felibien *Histoire de Saint-Denys, Preuves*, pag. xxx; Mabillon, de Re diplomat. lib. vi, pag. 495, et Bouquetus, in Scriptor. rer. Francicarum, tom. V, pag. 708. Sed non satis exacte. Iud correctum damus, sicut ex authentico nobis transmisit D. La Forcade supra laudatus.

<sup>b</sup> Fulradus vocatur *amabilissimus abbas, Franciæ archipresbyter*, in epistola Adriani papæ ad Tilpinum Rhemensem archiepiscopum, conscripta versus an-

num 775, apud Flodoardum, in *Historia ecclesie Rhemensis*, lib. II, cap. 47. Appellat illum *Capellanus palatii sui Carolus Magnus*, in diplomate pro monasterio Salonensi anni 777, apud Mabillonem, de Re diplom. pag. 499.

<sup>c</sup> Widonem potentem multorum in Alsatia locorum dominum fuisse probat Schoepflinus, *Alsat. illustr.* tom. I, pag. 667.

ei calumniam generare deberent; idcirco petiit cel-  
 situdinem nostram, ut pro ipsa traditione in idipsam  
 nostram præceptionem deberemus generaliter con-  
 firmare; quod et nos grate animo ita præstetisse,  
 vel in omnibus confirmasse cognoscite. Præcipientes  
 enim ut prædictus vir venerabilis Fulradus Capella-  
 nus noster ipsas res, quas memoratus Wido ei tra-  
 didit, id est, Ghosmari <sup>a</sup>, Audaldovilare <sup>b</sup>, Ansulfs-  
 haim <sup>c</sup>, Suntor <sup>d</sup>, Grucinheim <sup>e</sup>, Ratberto Villare <sup>f</sup>,  
 vel quicquid per ipsius Fulrado precaria <sup>g</sup> prædictus  
 Wido possidere videtur, quod nobis Fulradus trade-  
 dit, cum omni integritate, tam terris, domibus, ædi-  
 ficiis, accolabus, mancipiis, vineis, silvis, campis,  
 prætis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, mobi-  
 libus et immobilibus, pecuniis, peculiis utriusque sexus  
 gregis cum pastoribus, vel omni suppellectile, quan-  
 tumcumque de paterno, vel de materno, seu unde-  
 cumque ab ipso Widone legitimo ordine noscitur  
 pervenire, quicquid in Alsacense et in Mordenaugia  
 habere visus est; totum et ad integrum, quod in ipsos  
 pagos sua fuit possessio, et Fulrado tradedit, et ipse  
 nobis, ut supra diximus, in sua infirmitate trade-  
 dit, atque nos denuo ipsius Fulrado tradedimus; ab hac  
 die ex nostra munificentia licentiam habeat deinceps  
 ipsas res habendi, tenendi, dandi, vindendi, commu-  
 tandi; etiam vel si pro Christi amore et suæ animæ  
 remedium ipsas res ad loca Sanctorum delegare vo-  
 luerit, ubicumque ei bene placitum fuerit, ex per-  
 misso nostro absque ullius iudicis vel fisci inquietu-  
 dine, sive extra ipsius Widone hæredes refragatione,  
 liberam ac firmissimam in omnibus de ipsis rebus  
 habiat potestatem faciendi quicquid voluerit. Quam  
 vero auctoritatem, ut firmior habeatur, vel per tem-  
 pora melius conservetur, subter eam firmavimus, vel  
 de annulo nostro sigillavimus.

Signum † Pippino gloriosissimo rege. Hithierus reco-  
 gnovit et subscripsit <sup>b</sup>.

Data nono Kalendas Octobris anno 17 regni nostri <sup>1</sup>.  
 Actum in ipso monasterio sancti Dionysii.

<sup>a</sup> Ghosmari, vocatus in testamento Fulradi Guir-  
 mari, est hodie oppidulum Gemar situm in via regia,  
 quæ Selestadio Colmarum ducit.

<sup>b</sup> Hodie oppidulum in Lotharingia, quod a sancti  
 Hippolyti reliquiis dicitur *Saint-Hippolyte*, vulgo  
*Sant-Bilt*, de quo lege Calmetum, *Notice de la Lor-  
 rains*, tom. I, pag. 572.

<sup>c</sup> Ansulfsheim, quod testamentum Fulradianum  
 vocat Anulseshem, non est Anolsheim prope Col-  
 mariam, ut arbitratur Schœpflinus, *Alsat. illust.*  
 tom. I, pag. 715. Sed vicus Aneschaim, sive Ensheim  
 bihorio Argentina di-tans, ad dominos Zorn de Plob-  
 sheim pertinens, antiquum olim ducum Lotharingiæ  
 cum sancti Hippolyti oppido feudum. Exstat in En-  
 sheim curia ad hospitale Argentinense spectans, hodie  
 adhuc dicta curia sancti Dionysii.

<sup>d</sup> Suntor, quem Fulradus in testamento suo vocat  
 Scaserisheim, est vicus Schæfersheim prope Erstein-  
 um, pertinet ad episcopum Argentinensem. Schœp-  
 flinus, *Alsat. illust.* tom. I, pag. 733, Suntor interpre-  
 tatur Sundhofen, qui est vicus leucæ spatio Colmaria  
 distans. Sed præterquam quod ipemet alleget exem-  
 pla tunc temporis nec locum Sundhofen, nec ejus  
 decimas pertinuisse ad Fulradum, hujus nominis in-

XL.

*Præceptum Carolomanni regis, fratris Caroli Magni,  
 quo monasterii Dionysiani immunitates et a teloneis  
 exemptionem omnibus ad festivitatem seu merca-  
 tum sancti Dionysii concurren-ibus confirmat (ann.  
 769).*

(Ex Mabill., de Re diplomatica.)

Carolomannus rex Francorum vir iuluster. Omni-  
 bus episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, dome-  
 sticis, vecariis, centenariis, vel omnes agentes, tam  
 præsentibus, quam et futuris, seu et omnes missus  
 nostros ubique discurrerent. Igitur cognoscat utilitas  
 seu magnitudo vestra, quia vir venerabilis Fulradus  
 abba de basilica peculiaris patroni nostri sancti Dio-  
 nisii, ubi ipse pretiosus demans in corpore requie-  
 scere videtur, vel ipse abba una cum turba plurima  
 monachorum in ipso cœnobio degerere videtur, vel  
 dominum militare noscuntur; missa petitione nobis  
 suggesserunt, eo quod bonæ memoriæ domnus et ge-  
 nitor Pippinus quondam rex, vel ceteri antecessores,  
 qui ante ipsam vel nos gubernacula regni Francorum  
 tenuerunt, per eorum oraculis eorumque manus ro-  
 boratas tale beneficium ad casa sancti Dionysii con-  
 cesserunt infra pago Parisiagio, de illa festivitate san-  
 cti Dionysii patroni nostri, in id ipso, seu per villi-  
 bus, vel per agris, tam ibidem, quam et alicubi ad  
 negociandum vel negocia plurima exercendum, vel  
 vina comparandum in portus et per diversa flumina,  
 qui ad ipsa festivitate advenerint: ut ipse teloneos in  
 integra de ipsa vice ad casa sancti Dionysii infra pago  
 Parisiagio concessissent vel confirmassent sub integri-  
 tate. Unde et ipsas præceptiones prædictorum, et ju-  
 diciaria seu et confirmationes anteriorum regum (sic-  
 ut superius insertum est) nobis in præseate obtul-  
 runt ad relegendas: relectas et percuras ipsas  
 præceptiones seu et confirmationes, vel illa iudicio  
 evindicato quod bonæ memoriæ domno et genitore  
 Pippino quondam rege, vel Childeberto, necnon et  
 Grimoaldo majorum domo, quem agentes sancti Dio-  
 nisii super agentes anteriorum iudicum evindicave-  
 runt, ipsos nobis obtulerunt ad relegendum. Et po-

terpres est ipsum anni 777 testamentum Fulradi, qui  
 enumerans loca a Widone sibi tradita non dicit Sun-  
 tor, sed Scaserishaim.

<sup>e</sup> Grusenheim, vicus inter Rhenum et Elrum ad  
 Rathsambausius spectans.

<sup>f</sup> Hodie Rappolsweiler, Gallice *Ribeauvillé*, oppi-  
 dum superioris Alsatiae.

<sup>g</sup> Chartam precariam infra explicabimus num. 49,  
 in notis testamenti Remigii episcopi Argentinensis.

<sup>h</sup> Hithierus Pippini archicancellarius, idem offi-  
 cium exercuit ab ineunte Caroli Magni principatu,  
 teste Bouqueto, tom. V, pag. 693.

<sup>i</sup> Hoc diploma refertur a Mabillone ad annum 767,  
 sed male. Nam ex Eginhardi Annalibus, apud Bou-  
 quetum tom. V, pag. 200, et ex aliis cons. at Pippi-  
 num mense Septembris 767 ad Garunnæ fluvii ripis  
 in extremis Aquitaniciæ regionibus bellum gessisse.  
 Unde diploma illud cum Bouqueto referimus ad an-  
 num 768. Tunc enim Pippinus ægrotabat in ipso mo-  
 nasterio sancti Dionysii, teste anonymo chronici Fre-  
 degariani continuatore, apud eundem Bouquetum,  
 pag. 9, et obit ibidem 24 Septembris die sequenti  
 concessi hujus diplomatæ.

stea suggererat ipse Fulradus, vel monachi sancti Dionisii, et hoc dicebant, ut illi telloneus de illo in villabus vel agros eorum, totus absque iudicis introitum ad casa domni Dionisii adesse debebat, et <sup>a</sup> Fulradus abba seu capellanus noster iudicium evindicatum seu et confirmatione domno et genitore nostro Pippino gloriosissimo rege per manibus adserit retulisse, vel quomodo a longo tempore regum ibidem fuit consuetudo, vel ad ipsa casa Dei integritate ipse telloneos fuit concessus vel conservatus. Et dum hac causa sic acta vel perpetrata invenissent per anteriorum regum, tales præceptiones vel confirmationes nobis obtulerunt relegrandas. Et denuo iterum concessimus, ut ab hac die nullus ex iudiciaria potestate, nec in ipso marcado, nec per eorum agros, nec portus, nec de homines eorum, nec eorum negociantes, nec de omnes nationes quascunque, qui ad jam dicto marcado adveniunt, nec per villas eorum, nec de navigia, nec de portus, nec de carra, nec de saumas nullo telloneo, nec foratico, nec rotatico, nec pontatico, nec portatico, nec salutatico, nec cispitatico, nec mutatico, nec ulla exacta consuetudine, nec nullus dinarius quatuor de omnes nationes quod ibidem ad ipso marcado adveniunt quem Sonachildis et Guaireridus comis (ut supra memoravimus) in consuetudine miserunt, ad ipsa necuciantes, nec infra ipso pago Parisiaco, nec ipsa civitate de ipsa vice, nec aliubi qui ad ipsa festivitate adveniunt, nulla exacta, nec contrarietate, neque vos, neque juniores, seu successores vestri exigere, nec exactare non præsumatis: nisi (ut diximus) quicquid exinde fiscus noster forsitan ad parte nostra, seu et ad omnes Agentes nostros potuerat sperare, omnia et ex omnibus ipse telloneos ad ipsa casa Dei in integrum sit concessus atque indultus vel evindicatus: ita ut futuris temporibus per nostra auctoritate vel anteriorum regum habeant confirmatum vel evindicatum, quia nos propter Deum et reverentia præfati sancti Dionisii martiris, seu pro animæ nostræ remedium vel stabilitatem regni Francorum, vel Proceris nostris et posteritate eorum hoc in luminaribus ad ipsa casa sancti Dionisii vel ad ipso monachus, seu pauperes et peregrinus, in nostra elemosina hoc in omnibus concessimus vel confirmamus: ut eis melius dilectet pro stabilitate regni nostri vel pro cunctis leudis nostros Domini misericordia adtencius deprecare, et ut evis et perennis temporibus ad ipsa casa Dei proficiat in augmentum. Et ut hæc confirmatio nostra inspectas

<sup>a</sup> Vides ut Carolomannus Fulradum, uti et Pippinum, Capellanum nostrum vocat, idemque se regem Francorum dicit pro veteri more, quod aliter obtinuit sub Ludovici Pii filii regibus, qui in diplomatibus suis solum regis titulum præferre solent, omisso nomine Francorum, ut passim legitur in diplomatibus Caroli Calvi.

<sup>b</sup> Exstat vitiose apud Lunig. Spicil. eccles. cont. 1, pag. 1097, et Apud Bouquet. Script. rer. Franc. tom. V, p. 715.

<sup>c</sup> Alias *Fachina*, Germ. *Fecht*.

<sup>d</sup> Aufoldus, Aufholz, vulgo *Usholz*, vicus prope oppidum Sennen.

<sup>e</sup> Attiniacum, vetus Franciæ regum palatium, cum

ipsas præceptionis vel iudicis evindicatus ad domno Pippino rege vel aliorum regum firmiter habeatur, et circa ipsa casa Dei perenniter conservetur; manu nostra subter eam decrevimus assignare, et de anulo nostro subter sigillare.

Signum † Carolomanno gloriosissimo rege.

Maginarius recognovi et subscripsi.

Data in mense Januario, anno primo regni nostri. Actum Salmunciago palacio publico in Dei nomine feliciter.

### XLI.

Carolomanni regis <sup>b</sup> charta pro monasterio sancti Gregorii (ann. 769).

(Apud Schoepflin., *Alsatia diplomatica*.)

Carlomannus gratia Dei rex Francorum, vir iulster Garinus comis, illud nobis ad stabilitatem regni nostri procul dubium in Dei nomine credimus pertinere, se petitionibus sacerdotum aut ecclesiarum, in quo nostræ fuerint auribus prolatae producimur ad effectum atque ideo cognuscat magnitudo seu utilitas, quia venerabilis vir Restoino abbate monasteriolo inter duas Pachinas <sup>c</sup> pro nostra mercede de fisco nostro juxta Aufoldus <sup>d</sup> ex nostra munificencia plena et integra gracia concessimus talem et præstitimus beneficium, ut quantumcumque de homines fscalis nostros comparare, aut de quidibet contracto addere aut atraere potuerint, hoc nostra serenitas circa ipso monasteriolo ad ipsius Restoino abbate vil suisque successoribus generaliter confirmare debemus, precipientes enim ut neque vos neque juniores seu successoresque vestri eidem penitus contraria non existatis, nisi quod diximus quantumcumque... scriptus Restuinus abba ex nostra munificencia quam de comparato, vel de qualebet attracto ad ipso monasteriolo addere aut attrahere... erent nullus fscalis ad parte nostra ei ex hoc non requiratur, nisi liceat ei ad partis ipsius monasterie sub emunitatis titulum tam ipsius abbatis C... onaculis qui ad ipso monasteriolo deservire videntur, aut eorum successoribus vivere et resedere cum quiete, ut eis melius delectet pro stabilitatem regni nostri... nostraque exorare et ut hæc præceptio pleniorum obtineat vigorem, manus nostræ signaculis superscriptas eam decrevimus roborare.

Maginarius recognovi et subscripsi.

Signum ✱ Carlomanno gloriosissimo rege datum sub die 11 Kal. Aprilis, anno primo regnante domno nostro Carolomanno gloriosissimo rege. Hactum Attiniago <sup>e</sup> palacio in Dei nomine feliciter.

ad Axonam in Caroli Magni portione situm fuerit, Carolomannum um cum fratre ibidem versatum esse, ex diplomate hoc colligimus. Simile quid Annales Franc. Tiliari ad ann. 769 indicant, ubi Carolus cum germano suo Carlomanno in loco, qui dicitur *duas Dives*, junctus scribitur, dum Aquisgrano, ubi diem Christi natalem celebraverat, in Aquitaniam pergeret. Per *Duas Dives* forte Dusiacum intelligitur, quod æque ac Attiniacum, a quo non multum distat, Carolo Aquitaniam petenti in itinere occurrit. Hac ratione Carolomannus fratrem a Dusiaco ad Attiniacum usque palatium comitatus, ibique per aliquod tempus substituisse videtur.

## XLII.

<sup>a</sup> *Præceptum Carolomanni regis de immunitate ecclesiarum Argentolis (anno 769).*

(Apud D. Bouq., *Recueil des Hist.*, ex authentico.)

Carolomannus gratia Dei rex Francorum, vir inluster. Decet enim regalis clementiæ suis fidelibus oportuna beneficia libenti [libenter] præstare, et quod recti postulavit effectum mancipare et fidem. Optenta beneficia quod ab antecessoribus nostris noscuntur habere indulta, pro nostris oracula in eodem volumus firmare, ut eis melius delectet erga regimine nostro fideliter famulare. Igitur in Christo Domino Sagrata Ailina abbatissa de monasterio Argentolaio, clementiæ regni nostri direxit, suggerendo eo quod antecessoris nostri quondam regis per eorum auctoritatem eorum manus roboratas omni æmunitate in integri de villas ecclesiæ suæ absque introitu iudicum concessissent vel firmassent, ita ut neque iudex publicus nec ad agendum, nec ad frida exigendum, nec ad mansiones faciendum, nec ulla retributione requirendum de villas jam dicto monasteriæ, quicquid fiscus noster exinde potuerat recipere, ingerere non debeat. Unde et ipsa preceptione antecessorum nostrorum per manus habere adfirmat, dum et ipsa in præsentem obtulit relegenda, et ipsi beneficius ab ipsos reges ei fuit indultum, tempore presente ab eosdem aserere vel conservare. Sed pro integra firmitate petiit celsitudinem nostri ut circa ipsa nostra hoc plenius deberit auctoritas confirmari. Sed cognoscat utilitas seo magnitudo vestra, quod nos hunc beneficius pro Dei amore pleuissima voluntati dinuo confirmassit vel concessisse. Proinde ergo iubemus ut dum sicut ab ipsos regis antecessores nostros per eorum preceptiones manus suas roboratas memoratæ monasteriæ, vel jam dictæ Ailianæ abbatissæ de omnes villas suas absque introitum iudicum integra æmunitas, ut hoc presentem tempore et futurum hoc beneficius ab eosdem conservare videntur, neque vos, neque juniores seo successores vestri, vel quislibet judiciaria potestas in curtis ipsius monasteriæ, vel jam dictæ Ailiane abbatissæ, nec ad agendum, ne ad frida exigendum, nec mansiones faciendum, nec ulla retributione requirendum, quicquid fiscus noster exinde potuerat sperare, ingerere nec exigere non presumatur, nisi ex nostra indulgentia perpetualiter maneat inconvulsum. Et huc hæc auctoritas firma permaneat, manu nostra signaculum subter decrevimus roborare.

Signum ✕ domno Carolomanno gloriosissimo regi. Maginarius recognovi et S.

Datum in mense Novembri, anno secundo regni

<sup>a</sup> Hoc diploma in angulo turris domus prioralis Argentogilensis monasterio inventum a clarissimo et eruditissimo abbate domino Claudio Fleuri, ejusdem loci priore.

<sup>b</sup> Centina Belslango. Sicuti pagi in comitatus, ita hi in centenas dividebantur; erat itaque centena Belslango pars majoris pagi Arduennæ.

A nostri. Actum Pontione palatio publico, in Dei locum feliciter.

## XLIII.

*Carolomannus justitiam reddit monasterio Prumiensi de loco Benutfeld (Anno 770.)*

(Apud Hontheim, Hist. Trevir.)

Carolomannus gratia Dei rex Francorum vir inluster. Regalem quidem exoramus clementiam et animos fidelium nostrorum adortamus, si circa eos, qui tam erga genitore nostro, quam et nos illibatam fidem et veram fidelitatem usque nunc exercuerunt, petitionis illorum in quo nostris auribus patefecerunt, et animos illorum, quos nunc in nostrum habemus dominium delectabilem et amabilem, circa nostrum servitium de die in diem hilariores atque promptiores esse scimus. Ideoque fidelis, Deo propitio, noster inluster vir Dirodoinus comes palatii nostri clementiam regni Deo adjuvante nostri innotuit, dicendo eo quod antecessores quondam nostri, Deo instituti reges, per strumenta seriem cartarum, ad genealogia sua vel subsequente ipsius progenie, per eorum auctoritates, eorumque manus roboratas, vel confirmationes regum indulgissent, atque in jure eorum potestate confirmassent silva aliqua in loco, qui dicitur Benutfeld, infra <sup>b</sup> centina Belslango, infra vasta Ardenna, et cessionis regum in presentia nostra de ipsa sylva retulit ad relegendum, et innotuit nobis, ut peractores iniquiter ipsa sylva ex parte invasissent, et genitor meus Pippinus gloriosissimus rex prædicto Dirodoino vel suis <sup>c</sup> gamaladionis de ipsa sylva <sup>d</sup> manu vestita fecisset, dum de hac causa sic ante nos fuit ratio deducta, et suam vel suis Gamaladionis tam <sup>e</sup> per veragos homines, quamque per confirmationis [confirmationes] regum cognovimus, justitiam ei reddimus de loco, qui dicitur Benezvelt, de illa fontana, que in ipsa villa est, infra unanquamque partem debeant habere quantum ad nos pertinet, et actoris nostri antea eum vel suis gamaladionis injuste contradixerunt, et infra banno fuit una vena de ipsa fontana in circuita per loca diversa, que de nostra parte iudicis nostri iniquiter ipsis contradixerunt. Iubemus, ut ab hac die ipsa sylva de jam dictis partibus nostris, quam et futuris temporibus, ut nullus iudex publicus de partibus nostris ullo unquam tempore abstrahere, nec minuere, neque contradicere non debeat de ipsa sylva infra, ipsa vena de unaquaque parte, tam in sylvis quamque in terris, agris, permisis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, adjunctis, adjacentiis, omnia et ex omnibus sub integritate, sicut jam diximus, debeat habere ipse Dirodoinus vel sui gamaladionis, quamque et posteritas eorum evindicatum, et elidicatum, et quicquid de ipsa sylva facere voluerint, ex nostra auctoritate

<sup>c</sup> Gamaladionis. Ita vocantur liberi iustis nuptiis procreati, ad discrimen naturalium. Vid. du Fresne in Glossar., voce *Gamales*.

<sup>d</sup> Manu vestita fecisset. Id est, possessionem tradidisset.

<sup>e</sup> Per veragos homines. Id est veraces, seu testes fide dignos. Du Fresne Glossar. h. voce, edit. nov.

habeant, teneant, atque possideant, et suis posteris A ad possidendum relinquunt, sicut diximus, quidquid exinde voluerint ex nostra auctoritate liberam et firmissimam in omnibus habeant potestatem faciendi. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, vel per tempora melius conservetur, manu nostra propria subter eam decrevimus roborare, et de anulo nostro iussimus sigillare.

Signum † Carolomanni gloriosi regis. Mainarius recognovi.

Data in mense Maio anno secundo regni nostri.

Actum Brocmagad palatio publico in Dei nomine feliciter. Amen

**XLIV.**

*Carolomanni Austrasiæ regis a charta, qua monasterii Honaugiensis bona confirmat, data mense Martio 770.*

(Apud Grandidier, *Hist. de l'Eglise de Strasbourg.*)

Carolomannus gratia Dei rex Francorum, vir illustre. Omnibus episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, domesticis, vicariis, centenariis, vel omnibus missis nostris discurrentibus, tam presentibus quam et futuris. Cognoscatis quod maximum regni nostri augere credimus munimentum, si beneficia opportuna per loca ecclesiarum benivola deliberatione concedimus, ac Domino protegente stabiliter perdurare confidimus. Igitur noverit solertia vestra, quod nos ad petitionem venerabilis viri Stephani abbatis tale pro eterna retributione beneficium visi sumus indulgisse, ut, etc. (*quæ hic sequuntur, prorsus conveniunt cum verbis chartæ Pippini regis Francorum anni 759, quæ exstat col. 1531, præterquam quod loco C Dubanus legitur Stephanus.*) Et ut presens auctoritas tam presentibus quamque futuris temporibus inviolata, Deo adjutore, permaneat, manu nostra subter eam decrevimus affirmare, ac de anulo nostro sigillare iussimus.

Signum † Carolomanni gloriosissimi regis. Maginarius recognovi et subscripsi.

Data in mense marcio <sup>b</sup>, anno secundo regni nostri.

Actum Theudonevilla palatio publico <sup>c</sup>, in Dei nomine feliciter.

<sup>a</sup> Hæc charta exstat vitiose apud Mabillonem, *Anal. ordinis S. Benedicti*, tom. II, pag. 698; *Eccardum*, *Orig. Habsburg. Austriacarum*, pag. 103, et *Bouquetum*, tom. V, pag. 720. Correctus apud Schœpflinum, *Alf. diplom.* tom. I, pag. 43.

<sup>b</sup> Reprobat et rejicit Pater Germon, *discept. 1*, pag. 257, et *discept. II*, pag. 401 et 405, diplomata regum in quibus dies mensis non assignatur. Germonem docte refutant Fontanini, *Vindic. diplom.*, pag. 359, et auctores Gallici *Novæ Diplomaticæ*, tom. IV, pag. 659; et vel hodie dum edicta regis Galliæ mensem et annum sine die sæpius præseferunt.

<sup>c</sup> Hodie *Thionville*, oppidum munitissimum in ducatu Luxemburgensi, de quo Germanus apud Mabillonem, de *Re diplomatica*, lib. IV, pag. 329.

<sup>d</sup> Hæc charta nunquam edita fuit: sed suppositivum ejusdem anni sub forma authentica in tabulario Ebersheimensi exstat diploma Carolo Magno attributum, quod videsis *Patrologiæ* tomo XC VII, col. 1080.

<sup>e</sup> Carolomannus filius natus minor Pippini regis, et

**PATROL. XCVI.**

**XLV.**

<sup>d</sup> *Charta Carolomanni Austrasiæ regis, qui monasterio Novientensi, seu Ebersheimensi confirmat bona quæ Adalricus dux Alsatix eidem monasterio concesserat. Data 6 Maii 770.*

(Apud Grandidier, *ibid.*)

Carolomannus gratia Dei rex Francorum, vir illustre <sup>e</sup>; et quia Scriptura teste didicimus, quod rex, qui sedet in solio iudicii, dissipat omne malum intuitu suo <sup>f</sup>, quapropter illud per nos credimus impleri, qui tanti nominis curam administramus, si venerabilia ecclesiarum Dei loca alicujus doni commodo ditare ac sublimare studuerimus, et id nobis regni nostri statui profuturum minime dubitamus. Igitur noverit omnium fidelium Dei et nostrorum tam presentium quam et futurorum sagacitas, qualiter <sup>g</sup> Isenhardus abbas de monasterio, cujus vocabulum est Noviento, situm in pago Alsaciense super fluvium Illam, quod vir illustre Adalricus sive Athicus dux, et conjux ejus Bersvinda in Christi nomine et in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli et sancti Mauricii Martyris et Sociorum ejus a novo in suo proprio construxerunt fundo, clementiam regni nostri adiit, deprecans, ut privilegia, que pie memorie genitor noster Pippinus <sup>h</sup> ejusque antecessores, reges videlicet Francorum, eidem monasterio, locisque que ad sustentationem fratrum ibidem Deo servientium pertinent contulerunt, renovemus. Precipimus ergo per regie majestatis auctoritatem, predecessorum nostrorum constituta firmantes, ut in villas, quas prefatus dux in dotem ecclesie supradicti monasterii cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiis scilicet, agris, areis, edificiis, terris videlicet cultis et incultis, accolabus, mancipiis, pratis, pascuis, silvis, venationibus, aquis aquarumve decursibus, piscationibus, molendinis, viis et inviis, exitibus et redditibus, quesitis et inquirendis, vel qualitercumque nominatis utilitatibus ad ipsa predia pertinentibus delegavit, hoc est, in Wishuvilare <sup>i</sup>, que sita est in pago Brisigaugensi supra ripam Rheni fluminis cum omnibus appendiciis frater Caroli Magni, jam anno 754 rex coronatus a Stephano papa, regendam Austrasiam mortuo patre anno 768 obtinuit, cui nonnisi trium annorum, totidemque fere mensium spatio præfuit. Decessit enim Salmuntiaci pridie Nonas Decembris 771.

<sup>f</sup> Proverbiorum cap. xx, v. 8.

<sup>g</sup> Isenhardus in Novientensi chronico dicitur successor Benedicti abbatis. In quodam mss. legimus Isenhardum istum memoratum esse in instrumento permutationis, quo tempore Caroli Magni fundi nonnulli Novientum inter et nobilem quemdam Riebold dictum in banno Uttenheim permutati fuere. Hoc instrumentum nos latet.

<sup>h</sup> Tradit chronicon Novientense, § 13, temporibus Benedicti abbatis, qui fuit Columbi successor, Pippinum regem monasterio Noviento cum omnibus pertinentiis suis immunitatem concessisse. Istam sane privilegii chartam, quæ deperdita est, hic memorat filius Carolomannus.

<sup>i</sup> Hodie Weisweiler in Brisgovia, vicus ad Rhenum in quo reditus suos amisit abbatia.

suis. In Sulza <sup>a</sup> cum omnibus ad se pertinentibus; A  
 In Burchheim <sup>b</sup>, in Lagelenheim <sup>c</sup>, in Gruzenheim <sup>d</sup>,  
 In Sigoltesheim <sup>e</sup>, in Racenhusen <sup>f</sup>, in Oleswilern <sup>g</sup>,  
 in Scerenwilere <sup>h</sup>, in Sarmeresheim <sup>i</sup>, in Huden-  
 heim <sup>j</sup>, in Northus <sup>k</sup>, cum omni decima ipsorum  
 prediorum. Nullus iudex publicus, nulla iudiciaria  
 potestas ingredi presumat, nec aliquem hominum ibi  
 constringat, nec causas audiat, nec fredam tollat,  
 nec mansiones, aut paratas ibi faciat, nec quidquam  
 de fisco nostro requirat. Sed predictus abbas Isen-  
 hardus, ejusque successores easdem res aucmen-  
 tando, ac meliorando potestative possideant. Et ut  
 hec auctoritas nostra firma et inviolata permaneat,  
 manus nostre subscriptionibus subter signavimus,  
 et de annulo nostro subter sigillavimus.

Signum domini Carolomanni gloriosissimi regis B  
 in Christi nomine. <sup>l</sup> Maginarius recognovi et sub-  
 scripsi.

Datum sub die pridie Nonas maii, anno secundo  
 regni nostri.

Actum Bruocmagad <sup>m</sup> palatio publico, in Dei no-  
 mine feliciter. Amen.

#### XLVII.

Carolomanni regis <sup>n</sup> privilegium pro monasterio Gran-  
 diavallensi (anno 770).

(Apud Schoepflin., *Alsatia diplomatica.*)

Carolomannus gratia Dei rex Franchorum et Lon-  
 cobardorum. Notum sit omnibus episcopis, ducibus,  
 abbatibus, comitibus, domesticis, vicariis, centena-  
 riis vel omnibus missis nostris discurrentibus. Quo-  
 tiens recta petitio sacerdotum, quod pro opportuni-  
 tatibus locisque sanctorum proderit, ad aures cle-  
 mentie nostrae processerit, talis debet etiam ob audita  
 vel effective in Domini nomine mancipata, unde  
 per æternam retributorem veniam mereamur adi-  
 pisci, et eos delectet pro stabilitate regni nostri  
 jugiter exorare, vel in omni parte fideliter erga  
 nostrum regnum assistere. Igitur cognoscat magni-

tudo, seu utilitas vestra, quod de monasterio Gran-  
 devalle, in honorem sanctæ Mariæ virginis con-  
 structo, et <sup>o</sup> Cella Verteme in honorem sancti Pauli,  
 et Cella sancti Ursicini confessoris, sibi subjectis,  
 ubi vir Gundoldus venerabilis abba præesse vide-  
 tur, missa petitione innotuit, eo quod bonæ memo-  
 riæ genitor noster Pipinus rex, vel cæteri anteces-  
 sorum reges, qui ante ipsum vel nos gubernacula  
 regni Franchorum tenuerunt .... eorumque manus  
 roboratas, tale beneficium ad ipsam casam dictam  
 cesserunt, ut de villis eorum integre emunitati ejus  
 merito compellenti secundum eorum perceptiones,  
 quod antecessores nostri de potestate ad ipsam ca-  
 sam concesserunt, plena et integra perceperunt ....  
 vel pro ejus quiete dictorum successorum suorum

B  
 visi sumus concessisse. Quapropter per hec præce-  
 ptum nostrum speciale decrevimus, ordinamus, quod  
 perpetuum .... Concessuram esse, ut neque vos ...  
 neque vestri, nec quislibet de iudiciaria potestate  
 adinctus, in curtis vel villis ipsius monasterii aut  
 ædificiis ipsorum illuc adspicientibus quibuslibet pa-  
 gis, atque territorialis, tam quod præsentis tempore  
 possidere videatur, vel dominare, quam quod adhuc  
 ex munere regum aut reginarum, seu pro collata  
 populi vel de comparata aut de qualibet rerum  
 detractum augmentare vel meliorare seu auerere  
 poterit, ad causas audiendum, nec freda exactan-  
 dum, nec fidei jussores tollendum, nec mancionatas  
 aut paratas faciendum, nec homines distringendam,  
 nec ministeriales suos aut servientes vel accolonos

C  
 ipsius monasterii distringendum, nec ulla redditi-  
 ones publicas requirendum, nec exactandum. Quod  
 ad fiscum nostrum aut comites exinde redibitur pe-  
 nitus egredere, iudiciaria potestas nec missi nostri  
 discurrentes præsumant nisi omnes villas eorum sub  
 emunitatis nomine; cum omnes fredus concessus,  
 aut publicas redditiones concessas, omnia sicut  
 superius comprehensum est; tam ipse abbas Gon-

fluvium situs, ad episcopum Argentinensem perti-  
 nens. Decimas cum parochia ibi dividit abbatia Ebers-  
 heimensis, quæ quoque curia dominicali et jure pa-  
 tronatus gaudet.

<sup>i</sup> Hodie Huttenheim, duabus infra Ebershemium leu-  
 cis, spectans ad eundem episcopum Argentinensem.

<sup>k</sup> Hodie Northausen, vulgo Nartz prope Ersteinium,  
 pertinens quoque ad episcopum Argentinensem. Bona  
 sua in Northausen cum capitulo majori Argentinensi  
 pro prædiis in Kogenheim commutavit abbatia.

<sup>l</sup> Maginarius fuit cancellarius Carolomanni, et om-  
 nes ejusdem regis chartas recognovit.

<sup>m</sup> Antiquus locus Tribocorum, dicitur Brocmagad,  
 apud Schœpflinum, *Alsat. illustrat.* tom. I, pag. 57  
 et 251, qui sub Alemannis destructus, postea pala-  
 tium factum regum; hodie vicus Brumat, sive Brumpt  
 in Alsatia, ad domum Hasso-Darmstadiensem perti-  
 nens. Exstat apud Martene, veter. Monument. tom.  
 I, pag. 32, alterum Carolomanni præceptum pro mo-  
 nasterio Prumiensi, datum quoque *Brocmagad in*  
*mense maio anno secundo regni sui.*

<sup>n</sup> Chartam hanc interpolatam exhibent Lahbeus  
 in *Miscell. capp. 6, 7, § 1; Cointius Annal. Francor.*  
 tom. V, ann. 769, pag. 745; Bouquet *Scriptor. Rem-*  
*rum Francicar. tom. V, pag. 716.*

<sup>o</sup> Cella sancti Pauli ad Werdam. Vid. *Ursin.*  
*Chron. Basil., pag. 7.*

<sup>a</sup> Hodie oppidulum Sulz, sive Ober-Sulz in Mun-  
 dato superiori situm, nonnisi ab oppido Gebvilla  
 dimidia leuca distans.

<sup>b</sup> Vicus Burgheim prope Oberenheim, ditioni ci-  
 vitatis Argentinensis subjectus.

<sup>c</sup> Hodie Lagelenheim, sesquileuca ab oppido Col-  
 mariensi ad Ellum flumen positus.

<sup>d</sup> Hodie Grusenheim inter Selestadium et Colma-  
 riam, ad dominos de Rathsamhausen pertinens. Pos-  
 sidet ibidem Ebersheimensis abbatia curiam domini-  
 calem: decimas quoque banni Grusenheimensis cum  
 parochia dividit eadem, quæ olim quoque ad annum  
 usque 1749 jure patronatus gaudebat.

<sup>e</sup> Hodie Sigolsheim, sive Savamont, Alsatiæ supe-  
 rioris prope Kienshemium vicus, in quo curiam domi-  
 nicalem adhuc habet abbatia.

<sup>f</sup> Hodie Rathsamhausen prope Selestadium, ad  
 dominos ejusdem nominis spectans. Abbatia Ebers-  
 heimensis ibi gaudet decimis.

<sup>g</sup> Hodie Orschweiler, vicus duabus leucis supra  
 Rufacum situs, in quo quosdam reditus possidet  
 abbatia.

<sup>h</sup> Hodie Scherweiler, e regione Selestadii ad Vo-  
 gesi pedes, in vallis Villerianæ introitu situs, per-  
 tinens ad D. de Choiseul. Abbatia prædicta ibi habet  
 quædam bona.

<sup>i</sup> Hodie Bernersheim supra Benfeldam, ad Ellum



daldus, quam successores sui, hoc in Domini nomine omni tempore valeant possidere, atque dominare. Quod nos ad ipsa monasteria aut monachis; qui ibidem sunt aut præfuerunt, pro mercedis nostræ augmento taliter concessimus, ut nulla refragatio de hoc, quod superius continetur, quod ab nostra clementia eisdem fuit concessum, nec nostris nec futuris temporibus, vel ullo quoque tempore, ut hoc non fiat nisi quod pro hoc nostro præcepto fuit concessum, pro perpetualiter maneat illibatum atque incon vulsum. Et ut hæc auctoritas nostra firmiter habeatur, in omnibus per tempora melius conservetur, manu nostra subscriptionibus subter signavimus et de anulo nostro subter sigillavimus. <sup>a</sup>

## XLVII.

*Charta Carolomanni regis, qua villas Faberolas et Norontem cœnobio Dionysiano confert (anno 771).*

(Apud D. Bouquet, *Recueil des Hist. de France.*)

Carolomannus gratia Dei rex Francorum vir inluster. Et quia monente Scriptura ita oporteat unumquemque constanter præparari, quatenus veniente in conspectu superni Judicis illam mereatur domini piam vocem audire, unde omnes justis ex bonis actibus erunt gavisus; quapropter nos salubriter, ut credimus, considerantes qualiter ex terrenis rebus, quibus superna gratia nobis affluenter in hoc sæculo largire dignata est, saltim vel in pauperibus ex hoc tribuere deberemus, unde misericordiam Altissimi adipisci valeamus. Idcirco cedimus atque donamus pro animæ nostræ remedium, vel pro genitore nostro quondam Pippino, ad monasterium sancti Dionysii martyris, ubi pretiosus donatus cum sociis suis corpore requiescit, donatumque ad præfatum sancto loco esse volumus, hoc est villas quod ipse genitor noster per manus nostras ad ipsa casa Dei dudum delegaverat, nuncupantes Faberolas, qui ponitur in pago Madriacense, et Noronte in pago carnotino, cum omni integritate, vel appendiciis earum, ad ipso monasterio, vel monachis ibidem degentibus, seu ad luminaria ipsius ecclesiæ procurandum vel stipendia pauperum, ut prædictas villas proficere debeant in

<sup>a</sup> Carolomannus an. 754 jam coronatus est a Stephano papa. Post obitum Pipini patris an. 768 rexit Austrasiæ partem, et Burgundiam cum dimidia Aquitaniciæ parte. Ad Austrasiam pertinuit ducatus Alemanniæ, sub quo Alsatia et tractatus monasterii Grandisvallis. Obiit an. 771.

<sup>b</sup> Salmontiacum, vulgo *Samoney*, subtus Laudunum versus orientem, qua tenditur ad Deiparam Lætitiensem.

<sup>c</sup> Hoc insigne testamentum nullibi exstat editum. Illud tamen viderant Kœnigshovius et Wimpeliugius, de Episcop. Argent. pag. 21, qui quamdam ejus faciunt mentionem.

<sup>d</sup> Hac formula primus usus est Augustinus in epistola quam versus annum 412 Probae viduæ Probi conscripsit: « Augustinus episcopus servus Christi servorumque Christi, etc. », inter Opera Augustini, tom II, epist. 130.

<sup>e</sup> Hac conditio, secundum Labeonem, erat requisita pro faciendō testamento in jure Romano. Digest. lib. xxviii, tit. 1, leg. 2.

<sup>f</sup> Hoc testamentum est egregium monumentum Romanæ jurisprudentiæ, qualis tunc illa erat in Al-

Augmentum, sicut a vasso nostro Audegario possessas fuerunt, et ut melius delectet ipsos monachos pro nobis et genitore nostro die noctuque Domini misericordiam attentius deprecare. Igitur prædictas villas Faberolas et Noronte cedimus atque donamus ad ipso sancto loco, una cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, mobilibus et immobilibus, farinariis, gregis cum pastoribus, omnia et ex omnibus, sicut diximus, cum omni integritate, quidquid præsentis tempore nostra videtur ibidem esse possessio, pars prædicti monasterii ejusque rectores perenniter nostris et futuris temporibus habeant, teneant atque possideant, et ad ipsa casa Dei in nostra elemosina usque in perpetuum absque ullius repetitione debeat esse jure integro confirmato. Et ut hæc auctoritas firma et incon vulsa permaneat, nos eam manu propria subter firmavimus, et de anulo nostro sigillare jussimus.

Signum + Carolo Magno gloriosissimo regc.

Maginarius recognovi et subscripsi.

Data in mense decembri, anno quarto regni nostri.

Actum <sup>b</sup> Salmunciago palatio publico, in Dei nomine feliciter.

## XLVIII.

*c Testamentum Remigii episcopi Argentinensis, seu charta donationis monasteriorum Aschovia et Werthæ ad ecclesiam Argentinensem. Die 15 Martii 778.*

(Apud Grandidier, *Hist. de l'Eglise de Strasbourg.*)

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, sub die Idus Martii, anno decimo regni domini nostri gloriosissimi Caroli regis. Ego itaque Remigius, etsi peccator vilissimus, servus servorum Dei <sup>d</sup>, gratia Dei episcopus Argentinensis urbis sana mente, sanoque consilio <sup>e</sup> hoc feci testamentum <sup>f</sup> quod ego ipse dictavi et manibus meis scripsi et subscripsi, adhibitis legitimi numeri testibus, qui a nobis rogati subter subscripserunt, vel signacula manibus suis roboraverunt <sup>g</sup>, quod testamentum volo ut ad

satis octavo sæculo. Remigii testamentum in omnibus conforme est legibus Romanis, et sicut præscribunt formula Marculfi, lib. II, cap. 17, apud Bouquetum, tom. IV, pag. 493; formula Lindembrogiana 72, apud eundem, pag. 554, et formula Baluziana 28, ibidem pag. 586. Nec formam hanc a legibus Romanis præscriptam niretur criticus. Iisdem fere formulis conscripta perlustravimus authentica testamenta Perpetui episcopi Turonensis anni 475, Remigii Rhemenis anni 535, Cæsarii Arelatensis anni 542, Arellii abbatis Atanensis anni 572, Bertranni episcopi Cenomanensis anni 610, Abbonis patricii anni 739, etc. Notandum est scriptorem Remigiani testamenti rectas in membrana duxisse lineas, ad æqualitatem litterarum seu characterum conservandam; id jam olim præscripserat Basilius, epist. 178: « Notus litterarum perfectas ducto, formasque recto ordine collocato. »

<sup>g</sup> Singulos testes, qui in testamento adhibentur, adnotare convenit, quis et cujus signaverit testamentum. Id præscribunt leges Romanæ, Digest. lib. xxviii, tit. 1, leg. 30. Eandem conditionem observavit sanctus Aredius abbas Atanensis, dum ille in suo anni 572

vicem omnium codicellorum plenissimam obtineat **A** firmitatem; et si causa juris civilis pretorii aliquis tanquam intestatum velit infirmare, et ut id non valeat, dentur testes huic heredi mee sacrosancte ecclesie, ac domne mee Mariæ genitrici Dei Domini nostri Jehsu Christi Argentinensi, ubi me peccatorem pietas Dei vel misericordia sancte Mariæ honorem pontificatus habere precepit. Propterea dulcissima domna mea sancta Maria te esse constituo heredem meam et in omnibus eligo atque decerno, et fidei tue cuncta que a me decreta sunt sub tua protectione commendo, et que subter in hoc testamento conscripta continentur, tu piissima et dulcissima domna coram Deo celi et terre meam in omnibus voluntatem adimplendam, atque perficiendam summam habeas potestatem <sup>a</sup>. Igitur tu, dulcissima domna mea sancta Maria, cum me Deus de hac luce fragilique corpore sua vocatione jusserit emigrare, tu mihi domina heres assistas. Propterea tibi, dulcissima domna mea heres mea sancta Maria, tibi dono donatumque in perpetuum esse volo, in ea ratione, ut dum mihi Deus spacium dederit ad vivendum, et Scolastice nepte mee, vel Rederamno abnepoti meo <sup>b</sup>, quidquid visus sum habere in pago Alsacense, in insula que vocatur Hascgaugia <sup>c</sup>, super fluvium Illa, et est ipsa insula in marcha Blabodsaime <sup>d</sup>, et in marcha Quibilisheime <sup>e</sup>, cum basilica superposita, quam ego a novo edificavi et consecravi, ubi condidi domnam meam sanctam Sophiam <sup>f</sup>, preciosissimoque corpori ejus locum sepulture dedi, quam dominus **C** Adrianus papa pontifex summus mihi dedit ad serviendum, et ego ipse ab urbe Roma in hanc regionem super humeros meos cum ministris meis cum magno decore transtuli. Propterea dulcissima domna et heres mea sancta Maria, tibi dono corpus sancte

testamento scribit: « Quem ego ipse Aredius manu propria scripsi et testibus numero competenti tradidimus subscribendum, etc.; » apud Ruinart, inter Opera Gregorii Turonensis, pag. 1508.

<sup>a</sup> Similia fere habet testamentum sancti Remigii episcopi Rhemensis, quod referunt Terrasson, inter veteris jurisprudentiæ Romanæ Monumenta, pag. 90, et brevius Marlotus, Historiæ Rhemensis lib. II, cap. 42. « In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, gloria Deo, amen. Ego Remigius episcopus civitatis Rhemorum sacerdotii compos testamentum meum condidi jure prætorio, atque id codicellorum vice valere præcepi, si juris aliquid videbitur defuisse. Quandoque ego Remigius episcopus de hac luce transiero, tu mihi hæres esto, sancta et venerabilis ecclesia urbis Rhemorum, etc. » Pariter in testamento sancti Cæsarii episcopi Arelatensis, apud Baronium, in Annal. ad annum 508, num. 23, leguntur hæc verba: « Hoc testamentum meum condidi, vel manu propria subscripsi, atque jure prætorio vel jure civili et ad vicem illorum codicillo firmavi. » etc. Consulantur quoque testamentum sancti Bertramni episcopi Cenomanensis anni 610, apud Mabillonem, veter. Analect. tom. III, pag. 142 prim. edit. et testamentum Abbonis patricii an. 739, apud eundem, de Re diplomat., pag. 507.

<sup>b</sup> Remigii episcopi Argentinensis patrem fuisse Hugonem comitem, avum Adalricum duces Alsatiæ probabile est. Inde Remigius fratres habuit Bodolum et Bleonum. Codex diplomat. tom. I, num. 45, pag. 79. Ergo Scholastica neptis Remigii fuit filia vel Bo-

**A** Sophie; commendo et ipse ipsam ecclesiam, quam in honore sancti Trophimi <sup>g</sup> dedicavimus, ubi ipsa sancta Sophia preposita in corpore requiescit, cum ipsa insula Ascgaugia, quam Roduna religiosa Dei et Adala abbatissa <sup>h</sup> earum portiones de ipsa insula nobis et sancte Sophie tradiderunt et condonaverunt, seu cartas coram testibus firmaverunt. Propterea tibi, dulcissima, dono, et heres mea sancta Maria, tibi trado ipsam insulam pro anime mee remedio, vel pro eterna retributione, ut apud pium Dominum veniam merear adipisci sempiternam. Et tu piissima domina mea pro me Dominum Jehsum Christum, quem tu in utero meruisti portare, deprecari digneris, ut mihi peccatori veniam sempiternam donet. Ideoque dulcissima domna et heres mea tibi ipsam **B** insulam supra nominatam Aschaugiam trado cum omni integritate et soliditate, cum basilicis, cum domibus, ædificiis, curtis, pomiferis, mancipiis, vineis, silvis, pratis, campis, terris perterrariis, faranariis, pascuis, peculiis utriusque tam majoris quam minoris sexus, et mancipiorum, et peculiorum, aquis aquarumque decursibus, vel quicquid dici aut nominari potest, et mea ibidem legitima hodie videtur esse possessio, et quicquid ad ipsum locum sanctum aspicere videtur, et a bonis hominibus per series scripturarum ibidem condonatum fuit, et quicquid ego ibidem acquisivi, aut mihi traditum fuit, vel per comparationis titulum acquisivi. Et ego iterum per donationis titulum ad ipsum locum sanctum delegavi tibi, dulcissima domna mea sancta Maria, in ea ratione, sicut superius conscripsimus, tradimus, atque transfundimus, ut tu ipsa pro peccatis meis exorare digneris, ut veniam merear accipere, et molem peccaminum meorum minuere; similiter tibi dono, dulcissima domna et heres mea, in alio pagello <sup>i</sup> Aragonense

doli, vel Bleoni, potius Bodoli, cum notitia scribat Bleonum unicum genuisse filium, nomine Hug.

<sup>c</sup> Hascgaugia, sive Eschau est insula Rhenum inter ac Ellum, supra Argentoratum. Olim fuit familiæ Benedictinæ parthenon, cujus bona ad episcopum Argentinensem pervenerunt, et inde ad ejusdem ecclesiæ capitulum majus, quod adhuc hodie jure patronatus in Eschau gaudet, et decimas cum parcho dividit. Vicus vero Eschau parthenoni propinquus est feudum Lichtenbergense Rathsamhausiis concessum.

<sup>d</sup> Vicus Blobsheim prope Eschau, pertinens ad dominos de Kempffer et de Güntzer.

**D** <sup>e</sup> Wibolsheim, vicus quadrante distans ab Eschau, cum quo facit unam parochiam unumque bannum.

<sup>f</sup> Aschoviæ retro altare adhuc conspicitur tumba lapidea, quæ, ut dicunt, continet reliquias sanctarum Sophiæ et filiarum ejus Fidei, Spei et Charitatis.

<sup>g</sup> Ecclesia parochialis in Eschau; adhuc sacra est sancto Trophimo martyri.

<sup>h</sup> Roduna, sive Ruchuina et Adala, quæ una post alteram abbatissæ Aschaugiensi præfuerunt monasterio, dicuntur in notitia num. 45 Codicis diplomatici to. n. I, pag. 79 filix Bodoli, quem fuisse fratrem Remigii episcopi supra diximus. Exstat apud Schoepflinum, Alsat. diplom. tom. I, pag. 33, charta Adalæ anni 754 in qua dicitur: *Ego itaque Adala filia Bodali Deo sacra.*

<sup>i</sup> Pagi minores, seu subpagi vocabantur pagelli. Sic Helveticus Uroniæ pagus vocatur pagellus Uroniæ in diplomatibus quæ anno 833 et 854 Turicensi abbatie concessit Ludovicus Germanicus.

• monasteriolum, quod dicitur Werith <sup>b</sup> super fluvium <sup>A</sup> Alamannorum fuit <sup>i</sup>. Propterea tibi, dulcissima domna et heres mea sancta Maria, dono tibi ipsam monasteriolum quod dicitur Werith, et est in honore sancti Leodegarii martyris, in fine Grechchinbaccense, in insula super fluvium Ararim, tam pro salute anime mee, quam pro remedio anime Raperti episcopi, ut tu ipsa intercedas pro nobis, ut mereamur a Deo adjuvari, ut deleantur delicta nostra et veniam sempiternam apud pium Dominum mereamur accipere. Propterea tibi, dulcissima domna et heres mea sancta Maria, dono ipsum monasteriolum superius denominatum cum omni integritate et soliditate, cum basilicis, cum domibus, edificiis, cum omnibus adjacentibus et appenditiis, cum villis, curtibus, curtiferis, mansionariis, terris, perterrariis, mancipiis, campis, pratis, silvis, vineis, farinariis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, peculiis utriusque sexus tam majoris quam minoris, mobile et immobile, quidquid dici et nomi-

rursus mittere eum qui ab ea exutus fuerat. Du cange, tom. V, p. 1421.

<sup>5</sup> Xenium, id est, præstatio vice muneris. Idem, tom. VI, pag. 1784.

<sup>b</sup> Precaria est libellus, seu charta qua quis alodium vel prædium ab ecclesia sub censu annuo ad utendum per vitam accipit, precario illud possessurus. Ducange, tom. V, pag. 794. Idipsam precariæ explicationem inuuit hoc testamentum. *Precarium*, aiunt Ulpianus et Paulus jurisconsulti veteres, in edicto prætoris est, quod precibus potenti utendum conceditur, quamdiu is qui concessit patitur. Consularum de precariis *Nouveau Traité de Diplomatique*, tom. I, p. 265, et tom. V, pag. 694.

<sup>a</sup> Id est, Argovia sive Ergau. Hæc ab Arola fluvio nomen trahens inter Ursam et Arolam sita fuit olim pars minoris Burgundiæ. Ridicula est, quam post Zeilerum et Besoldum allegat Hergottus, Geneal. Habsb. tom. I, lib. 1, cap. 4, p. 28, Argovia: etymologia, qua nominis ejus etymon deducitur a voce theodisca idem significante ac *gehrtes land*, id est, regio honorata.

<sup>b</sup> Id est Werd, vel Schœnenwerd, monasterium, nunc collegiata. Jacet vero locus Schœnenwerd in ditione reipublicæ Salodorensis ad viam publicam quæ Arovicæ Oltam tendit, in facie castri Salodorensis Goskon. Olim pertinebat ad præfecturam Oltensem, nunc vero viget incorporatus præfecturæ Goskensi.

<sup>c</sup> Araris, sive Arola, Gallice l'Aar. Arolam nomine Araris sæpius fuisse vocatam probant Walafridus Strabo, Ekkehardus, Heppidannus atque Notkerus, quorum testimonia allegat Schœpflinus, Alsat. illust. tom. I, pag. 629. Eodem sensu vocem Araris sumit Galreanus in hujus fluvii panegyrico.

<sup>d</sup> Grechchinbach, hodie Grezenbach, vicus in cuius parochia situs est pagus Schœnenwerd. Nomen ejus primitus fuit Grenzenbach, quia in fine (*Grenzen*) insulam Werith, seu Werd habebat, ut ipsum inuuit testamentum. Grezenbach autem est situs in ditione reipublicæ Salodorensis, et in præfectura Goesgen. Collatio parochiæ pertinet hodie ad collegiatam Schœnenwerdensem. Est illa membrum capituli ruralis Willisau dicti in diocesi Constantiensi. Vide *Leu Helvetisches Lexicon*, tom. IX, pag. 219.

<sup>e</sup> Investitura vel traditio olim fiebat vel per chartam, vel per symbola quædam, quæ rei in alterius dominium translationem factam reipsa denotarent. De investituris per cultellum vide Ducange, Glossarii tom. III, pag. 1527. Singulare illius exemplum exhibet Concambium Sisenandi, apud Mabillonem, de Re diplom. lib. vi, pag. 542. Et juxta legem meam per cultellum et festucam nodatum, seu Guasonem terræ vobis exinde ad vestram partem corporalem factio vestituram, ad vestram proprietatem habendum, etc. Investituram per cultellum sic describunt auctores Gallici *Novæ Diplomaticæ*, tom. IV, pag. 648: *Le couteau étoit un des signes les plus ordinaires des Investitures. Souvent on le plioit avant que de le présenter au chef ou à quelque membre du chapitre, ou de la communauté en faveur de laquelle se faisoit la donation, ou avant que de l'offrir sur l'autel de l'église où le donateur vouloit consacrer à Dieu les biens qu'il en avoit reçus*. Consularum dissertatio de translatione jurium symbolica, an. 1748 Altorfii edita.

<sup>f</sup> Revestire est iterum vestire, vel in possessionem

revestire eum qui ab ea exutus fuerat. Du cange, tom. V, p. 1421.

<sup>5</sup> Xenium, id est, præstatio vice muneris. Idem, tom. VI, pag. 1784.

<sup>b</sup> Precaria est libellus, seu charta qua quis alodium vel prædium ab ecclesia sub censu annuo ad utendum per vitam accipit, precario illud possessurus. Ducange, tom. V, pag. 794. Idipsam precariæ explicationem inuuit hoc testamentum. *Precarium*, aiunt Ulpianus et Paulus jurisconsulti veteres, in edicto prætoris est, quod precibus potenti utendum conceditur, quamdiu is qui concessit patitur. Consularum de precariis *Nouveau Traité de Diplomatique*, tom. I, p. 265, et tom. V, pag. 694.

<sup>c</sup> Festuca erat frustillum vel ramusculi, vel scirpi, quæ in signum traditionis in sinum alicujus jaciebatur, vel in manus tradebatur, ut scilicet is qui acceperat, recordaretur rem transactam firmiter constitutam esse, tamque stabilem mensuram, quam firme festucam in manibus teneret. De festuca sequentia tradunt auctores Gallici *Novæ Diplomaticæ*, tom. IV, pag. 644: *Chez les Germains, Francs et autres, la stipulation se faisoit de la part du vendeur, ou du donateur, en jetant la paille dans le sein de l'acquéreur ou donataire. On stipuloit encore soit en rompant la paille, soit en l'insérant dans une charte par forme d'investiture. L'usage de rompre la paille étoit ordinaire entre les contractans. Ils vérifioient au besoin leurs conventions en rapportant de part et d'autre les morceaux du bâton brisé, ou de la paille rompue*. Et tomo V, pag. 637 not.: *Les anciens Germains et surtout les Francs se servoient d'une paille pour symbole de l'action par laquelle ils livroient quelque chose*.

<sup>d</sup> Cette paille étoit mise dans la main de celui qui recevoit la chose promise, et il attachoit ce symbole à la charte de tradition, c'est-à-dire, à l'acte par lequel on donnoit la chose même. Modus tradendi et transferendi proprietatem ac dominium rerum per festucam a duodecimo sæculo ad usque decimum sextum adhuc erat in usu in Germania, ut exemplis probat Haltausius, in Glossario Germanico mediæ ævi, pag. 782 et 1284 vocibus *Halm* et *Verschiessen*. In charta Germanica Johannis de Werde Landgravii Alsatie an. 1296 pro monasterio sancti Marci in Argentina, apud Schilterum *Glossarii* pag. 543 mentio fit investituræ festucalis. *Hat dieselben Güter in unsere Hunde, und das Recht der Eigenschaft derselben Güter uns usgegeben mit ein Halmen, als das gewöhnliche ist*.

<sup>i</sup> Lege pactum legis Salicæ, titulo 49, apud Ecardum, pag. 92, et Bouquetum, tom. IV, pag. 150

nari potest, vel quidquid hodie visus sum possidere, et quod ad ipsum monasterium pertinet et a bonis hominibus per cartulas traditionis et concessionis et venditionis ad ipsum locum sanctum sancto Dei Leodegario delegatum fuit. Tibi, dulcissima et heres mea sancta Maria, hec omnia superius denominata tibi trado, atque transfundo, in ea ratione sicut superius diximus. Quod ego ipse, et Scolastica nepta mea, et Raderamnus abnepos meus, dum advivimus, per tuum beneficium Domina mea et successores mei, qui tunc temporis esse videntur, habere debeamus sub usufructuario, et censum annis singulis ad festivitatem sancte Mariæ in dedicatione ipsius altaris, quod modo dedicavimus, solidos xx in argento dare debeamus, et hoc volumus, ut ipsos solidos illi clerici nostri canonici in nostra elymosina recipiant, ut ipsos melius delectet die noctuque Deo et sanctæ Mariæ deservire, et pro no'is Deum exorare, et ut nomina nostra scripta sint in libro vite, et ut corpusculum meum in illa cripta, quam novo opere feci, requiescat. Volo ego, et precor, et rogo, successoresque meos contestor, ut per nullam occasionem licentiam habeatis, Scolastice nepte mee, nec Raderamno abnepoti meo de ipso beneficio, quod ego dedi, ejicere foras, hoc est, illa cella sancte Sophie in insula Aschaugia et illo monasteriolo in Aragaugia, quod dicitur Werida. Et si ista contemperitis, aut aliud facere vultis, nisi quod ego superius conscripsi, ante tribunal Christi exinde deducatis rationem, et hoc non valeatis facere. Et quando quidem cum ego Remigius, et Scolastica et Raderamnus jam fati munus impleverimus, tu sacrosancta Ecclesia sancta Maria, agentesque tui totum ac integrum, sicut a nobis fuit possessum, in vestram revocetis potestatem atque dominium, et tibi perpetualiter, sancta Maria heres nostra, proficiat in augmentum. Et hoc volumus et supplicamus, ut post nostrorum quoque discessum nullus homo illas cel-

lulas Ascaugiam et Werida, quas ego ad sanctam Mariam dedi, nullo tempore in beneficio habeat. Si quis vero et quecumque persona quolibet tempore, quocumque ingenio contra hoc testamentum, quod ego spontanea voluntate, inspirante divino magisteris feci et ego ipse scripsi, venire aut agere temptaverit, aut contrarius esse voluerit, aut minuere, aut irrumperere conaverit, in primis iram Dei incurrat, et ab antistite, qui tunc temporis est, coram Deo et sancta Maria excommunicatus existat, et illa die tremenda cum districtus examinatus advenerit, reus et iudicatus discedat, et insuper inferat sanctorum actoribus sacrosancte ecclesie sancte Mariæ heredi mee una cum sacratissimo fisco auri libras quinque, argenti pondus viginti quinque coactus exsolvat, et quod repetit vindicare non valeat, et nihilominus presens pagina testamenti firma stabilitate debeat permanere, cum stipulatione subnixâ. Actum Argentinæ civitate. Notavi diem <sup>a</sup> et annum quem supra.

Ego in Dei nomine Remigius peccator gratia Dei episcopus hoc testamentum a me factum in amore sancte Mariæ, quod ego ipse manibus meis scripsi, et superius scribere rogavi, relegi. Et ego <sup>b</sup> Gislebertus ac si peccator episcopus. Ego <sup>c</sup> Willibaldus episcopus subscripsi. Signum Garibaldi. Ego <sup>d</sup> Weomadus episcopus. Ego in Dei nomine <sup>e</sup> Waldericus vocatus episcopus. Ego <sup>f</sup> Walabertus vocatus episcopus. Signum Hullind. Signum Lantfridi. Signum Balldne. Signum Harbaldi. Signum Friderichd. Signum Ralhinfridi, qui et ipse consensit pro parte uxore sua Harilandæ.

In Dei nomine Remigius peccator episcopus feci hoc testamentum in honore Domini et sancte Mariæ Argentoratinsæ de Aschagia, que est in *Wibilesheim* marcha, seu et in *Bladboteshime* marcha pro anime mee remedio una cum ipso corpore sancto sanctæ Sophie, similiter et in alio loco qui dicitur Werida monasteriolo, quod est in marcha *Grechchinbach*

<sup>a</sup> Frequentem esse usum formulæ *notari diem octavo præsertim sæculo, testantur auctores Gallici Novæ Diplomaticæ, tomo IV, pag. 655.*

<sup>b</sup> Gislebertus fuit episcopus Tornacensis et Noviomensis. Memoratur apud Sirmondum, tom. II Concil. Galliæ, pag. 66, inter duodecim e Francia directos episcopos, qui mense Aprilis 769 Romano interfuerunt concilio. Gislebertum episcopum an. 782 obiisse tradit auctor San-Dionysianus brevis chronici relatus a Bouqueto, tom. V Script. rer. Francic., pag. 29. Ejusdem epitaphium composuit Alcuinus abbas.

<sup>c</sup> Sanctus Willibaldus primus fuit Aureatensis, sive Eichstettensis Ecclesiæ episcopus an. 741 a sancto Bonifacio consecratus, gessitque episcopatum ad annum usque 786 vel 787, ut probat Cointius, *Annal. Ecclesiast. tom. VI, pag. 355.* Inter Patres concilii Attiniacensis an. 765 subscripsit *Willibaldus episcopus de monasterio Achistadi.* De sancto Willihaldo fusiùs agit Falckenstein, in antiquitatibus Nordgaviensibus ecclesiæ Aureatensis, pag. 1-19, et in codice diplomatico antiquitatum Nordgaviensium, pag. 445-468.

<sup>d</sup> Weomadus tunc erat episcopus Trevirensis anno 781 mortuus, uti videre est apud Browerum et Honthemium Trevirensis ecclesiæ Annalium scriptores.

<sup>e</sup> Waldericus fuit episcopus Laureacensis ac Pataviensis an. 774 Wisericii successor, an. 804 ipse defunctus. Consulatur Cointius, *Annal. ecclesiast. tom. VI, pag. 87 et 651; Hundius, in Metropoli Salisburgensi, tom. I, pag. 195, edit. an. 1719, et Hanzisius, Germaniæ sacræ tom. I, pag. 138-145.*

<sup>f</sup> Tres nominis Walaberti sæculo octavo claruerunt episcopi. Primus fuit Baldebertus, sive Adalbertus, qui ex abbate Fabariensi episcopus Curiensis an. 750 factus obiisse dicitur an. 754 cum beati præconio, inde ad chartam nostram an. 778 non pertinet. Alter fuit Baldebertus, sive Baldobertus Romani an. 755 in abbacia Murbacensi successor et titulo episcopi in chartis ejusdem abbatiæ an. 760 et 761, more tunc usitato insignitus. Obiit Baldebertus an. 762, ut testantur *Annales Nazarienses* cujus auctor fuit monachus anonymus abbatiæ Murbacensis, apud Freherum, in corpore Francicæ Historiæ veteris, pag. 886. Tertius fuit Walabertus, seu Baldobertus, qui Wallo sive Wallano in episcopatu Basileensi successit, et qui perperam confunditur cum Baldoberto Murbacensi. Walabertus Basileensis, qui nostram chartam subscripsit, jam anno 748 subscripserat chartæ Heddonis, et anno 765 interfuerat concilio Attiniacensi.

pro animæ mee remedio, et pro anima Ratberti episcopi. Signum Anteneri. Signum Licenzid. Signum Erineneberti. Signum Raderamind. Signum Waidegirst. Signum Venantie. Signum Scholastice. Signum Erinenegunde. Signum Maurind. Signum Ugindne. Signum Audeberti. Signum Widerici. Signum Udone. Signum Uribid. Signum Anausoni. Signum Berngrid. Signum Alione. Signum Hardrind. Signum

Rotmundi. Signum Apponi. Signum Ulaholfe. Signum Scaione. Signum Haimone. Signum Wanbaldi. Signum Hildibrandi. Signum Wolgrinid. Signum Leolind. Signum Andrild. Signum Erlusto clerico. Signum Hilderici clerici. Signum Gerwigo clerici. Signum Udalmannid. Signum Nandwigo clerico. Signum Hildimund. Signum Hildiberti.

\* Signa testium præscribit lex Theodosii et Valentiniani imperatorum, lib. xxi, cap. de testament. i Fi-

nem autem testamenti subscriptiones et signacula testium esse decernimus. »

## ORDO RERUM QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

<b>CYRICIUS, BARCINONENSIS EPISCOPUS.</b>	
NOTITIA HISTORICA.	9
EPISTOLÆ.	9
EPISTOLA Cyricii ad Taionem episcopum.	9
EPISTOLÆ duæ Cyricii ad sanctum Hildefonsum, Toletanum episcopum.	9
<b>SANCTUS HILDEFONSUS, TOLETANUS EPISCOPUS.</b>	
NOTITIA HISTORICA.	9
Monitum in vitam sancti Hildefonsi.	41
Beati Hildefonsi elogium.	43
VITA sancti Hildefonsi, a Cixilano edita.	43
VITA alia sancti Hildefonsi per Rodericum Cerratensem scripta.	47
Monitum in sancti Hildefonsi Opera, præcipue in librum de perpetua Deiparæ Virginitate.	51
<b>DE VIRGINITATE PERPETUA SANCTÆ Mariæ ADVERSUS TRES INFIDELES LIBER UNICUS.</b>	
Oratio et confessio sancti Hildefonsi.	53
CAPUT PRIMUM. — Synonymorum torrente contra Jovinianum ostendit beatissimam Dei matrem in conceptu et partu virginem permansisse Dei dono, atque gratia singulari.	58
CAP. II. — Virginitatem in Dei matre confirmat aduersus Helvidium.	61
CAP. III. — Sanctam Mariam ex natione et stirpe Judæorum esse, ex fide autem et honore, laude et amore, Christianorum. Tandem aliquot prophetarum oraculis probat virginitatem summam oportere cum maternitatis gloria copulari.	64
CAP. IV. — Hortatur Judæum ne virginis et matris minuat gloriam, cujus ignominia redundat in prolem. Et quod Virginem adorant omnes celestes virtutes, et confluant ad eam omnes populi, Judæorum quoque perfidiam obiter ostendit ab antiquis patribus diuinitus prophetatam.	67
CAP. V. — Sacrum incarnationis explicat arcanum.	71
CAP. VI. — Oratione præmissa, probat filium sanctæ Mariæ esse Deum.	74
CAP. VII. — Duplicis Instrumenti verborum connectione Christum docet ut hominem, ita sane et Deum altissimum esse. Item totam Servatoris nostri vitam usque ad Spiritus sancti in apostolos missionem copiose depingit.	79
CAP. VIII. — Ostendit Deum multa fecisse magna in Virgine gloriosa, ex quibus quisque colligat potuisse ipsius virginitatem in partu illam facile servare. Sterilis Elisabeth aliorumque testimonio diuinitatem in Christo confirmat.	85
CAP. IX. — Angelorum attestatio, rerumque omnium insensibilium obedientia docet Christum Deum, perinde ac hominem esse, ut inde Judæus aperte colligat ipsam cum virginitatis decore matrem suam servare potuisse.	88
CAP. X. — Concludit Mariam toto incarnationis mysterio virginem permansisse.	93
CAP. XI. — Sanctæ Mariæ matris Dei virginitatem perpetuo servatam angelica attestatio concludit.	99
CAP. XII. — Convertit sermonem ad beatissimam matrem, atque ad ipsius Filium gloriosum. Item concludit aduersus impios lutacæ virginitatis præfatorum.	103
Monitum.	103

<b>ANNOTATIONUM DE COGNITIONE BAPTISMI LIBER UNUS.</b>	
Præfatio	111
CAPUT PRIMUM. — Exordium orationis.	112
CAP. II. — Quod insinuetur novæ regenerationis dicere mysterium velle.	112
CAP. III. — Quod unus sit Deus Trinitas tota.	113
CAP. IV. — Quod tota Trinitas unus Deus omnia fecit.	113
CAP. V. — Quod homo a Deo bene sit coaditus, a diabolo male deceptus.	115
CAP. VI. — Quod pietas Conditoris præcesserit culpam hominis.	115
CAP. VII. — Formatio Ecclesiæ de latere Christi ad similitudinem formationis Evæ de latere Adæ.	115
CAP. VIII. — Quod in exordio primorum hominum et incarnatione et mors præfigurata est Christi.	114
CAP. IX. — Quod incarnationem Christi tota Trinitas operata fuerit, sola tamen persona Filii hanc suscepit.	115
CAP. X. — Quod ideo data lex est, ut rediret in cognitionem homini Deus.	115
CAP. XI. — De temporibus sub quorum distinctione sæculum stetit.	115
CAP. XII. — De conatu exsequendorum ordinum.	116
CAP. XIII. — Quod ipsis exordiis causarum instauratio humana inchoata cognoscitur, in quibus ejus restauratio continetur.	116
CAP. XIV. — De Joanne et baptismo penitentiae, cujus signum sunt stramenta ciliciorum, per quæ ad oleandum parvuli deducuntur.	116
CAP. XV. — Quod incipiente baptismo Christi cessavit baptismus Joannis. Et quomodo Christo baptizat et non baptizat.	117
CAP. XVI. — Quod solus Christus baptizat, qui soli sibi baptizandi retinuit potestatem, quamvis sive bonus, sive malus minister baptizat.	117
CAP. XVII. — Quod doctor studii orationum munire debet prædicationem verborum, ut quod locutus est Dei virtute melius quam ejus actione formetur.	118
CAP. XVIII. — Qualiter aggrediendus est qui nolens involtatur ad fidei.	118
CAP. XIX. — De adaptione januæ fidei.	119
CAP. XX. — De his qui volentes primum ad fidem convertuntur catechumeni, id est, audientes dicuntur.	120
CAP. XXI. — Quod catechumeni per penitentiam sint ad lavacrum adducendi. Quodque ii quos Joannes baptizavit catechumenos habuere figuram.	120
CAP. XXII. — Qui sunt exorcistæ a quibus exorcizantur catechumeni et evergumeni.	121
CAP. XXIII. — Quid sit exorcismus.	121
CAP. XXIV. — Qualis erit exorcismus.	121
CAP. XXV. — Unde habuit exorcizandi virtus initium, vel in quo mysterio divinis verbis hoc episcopus agit.	121
CAP. XXVI. — Quod exorcizando catechumenos potestas diaboli auferitur.	122
CAP. XXVII. — De exemplo Evangelii, secundum quod catechumeni oleo perunguntur.	123
CAP. XXVIII. — Quod ordinate lectio Isaie prophete, Petri quoque apostoli et Marci evangelistæ, exorcizationis in conventu ecclesiæ proferantur.	123
CAP. XXIX. — Quod mysterium salutis, quod semper	123